Digitized by Google

GAII

COMMENTARIUS PRIMUS

Digitized by Google

GAII

INSTITUTIONUM COMMENTARII QUATTUOR

QUORUM PAGINAS VEL PARTIM CORRUPTAS
VEL OMNINO DEPERDITAS
CONJECTURARE ET ADDERE

SUISQUE

ADNOTATIONIBUS UNDEQUAQUE EXPLANARE

CONATUS EST

FRANCISCUS LISIUS

ADVOCATUS

COMMENTARIUS PRIMUS

BONONIAE
PER JACOBUM MONTI SUB SIGNO SOLIS
1858.

Digitized by Google

1.5.26

GAJO

QUATTRO COMMENTARI DELLE ISTITUZIONI

COMPITI DELLE RUBRICHE MANCANTI

DEI PARAGRAFI MONCHI

DEGLI ARGOMENTI TRATTATI NELLE PAGINE PERDUTE

ED ILLUSTRATI CON NOTE

DALL' AVVOCATO

FRANCESCO LISI

COMMENTARIO PRIMO

« Facturus legum vetustarum interpretationem necessario prius ab urbis initiis repetendum existimavi: non quia velim verbosos commentarios facere, sed quod in omnibus rebus animadverto id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constaret. Et certe cujusque rei potissima pars principium est. »

Gaii lib. I. ad L. XII tabul. ex L. 1. ff. de O. I.

BOLOGNA

TIPOGRAFIA DI GIACOMO MONTI AL SOLE

1858.

Digitized by Google

Vuolsi illesa la proprietà letteraria

Digitized by Google

BARTHOLOMEO BORGHESIO

FRANCISCUS LISIUS

Digitized by Google

PRAEFATIO

Romulus, vel qui Romanorum morum sanctor fuerat, quos congregaverat in urbem, ita instituerat perinde ac in omni vita cum hostibus essent depugnaturi, ex quo *ab hasta* eos *quirites* vocari jusserat. Collectitios proinde illos rigorosae, et militari subiecit disciplinae. Omnes enim decurionibus, plebem vero proceribus subiugavit, uxores, natos et servos patrum familias potestati adscripsit. Sed ne haec everterentur sacerdotibus custodienda tradidit et commendavit. Hinc vero Romae tam stricta, et militaris legibus antiquioribus obtemperatio invecta, et tam diu asservata est, ut haec ab ipso Cicerone *de legibus* 1. 15. dicta fuerit justitia.

Numquam enim satis admiraturi esse poterimus illam veterum legum observantiam tamdiu Romae asservatam fuisse, etiam increscente in patricios conflictu plebis, aegre ferentis vel patronatus nexum, vel ditiorum avaritiam, et temperata veterum morum asperitate, quae ex peregrinorum commercio, et frequentia, oganientibus censoribus, paullatim exolevit.

Sed hoc fere miraculum procerum ipsorum perspicuitati, et legum assiduo studio referendum, qui cum novas formulas negotiorum, novas actiones seu exceptiones, et un-

Google

PREFAZIONE

Romolo, o chi fosse l' istitutore delle romane costumanze, ordinò suoi raccogliticci come fosser sempre in procinto di combattere, e quai uomini dall' Asta volle si chiamassero Quiriti. Rigorosa e militare fu quindi la disciplina, conciossiachè tutti erano sottomessi a Decurioni, i plebei in oltre al patronato dei Magnati, le mogli, i figli e i servi all' assoluta podestà del Padre di famiglia. E perchè questi statuti si osservassero li raccomandò a Sacerdoti. Quindi nacque in Roma quella stretta, e militare esecuzione delle leggi, la quale da Cicerone delle Leggi 1 e 15 *fu detta giustizia.*

Nè mai a bastanza potrebbe ammirarsi quella osservanza delle leggi antiche, che tanto a lungo si mantenne in Roma, anche quando si fece increscioso il patronato, e abbominevole l'avarizia de' Magnati, o fu bel bello temperata l'asprezza dei costumi pel commercio cogli stranieri a dispetto dei Censori.

Ma questo effetto pressochè portentoso vuolsi attribuire alla perspicuità de' Magnati, e all' assiduo loro studio delle leggi; perciocchè se i mutati costumi richiedevano o nuove for-

Digitized by Google

dique novos ritus, ex temporum mutatione, inducendos duxerint, ita novationes veteribus legibus componere, et adnectere seiverint, uti si leges, et mores antiquiores nunquam eversi videreutur.

Enimvero leges XII tabularum vix romuleam duritiem temperarunt, et nihilosecius veneratae diu fuerunt tanquam praecipui juris fontes; et licet a foro, et a commercio vetus materiatura pedetentim expulsa reapse fuisset, attamen facies, et species antiqua semper visendam se praebuit, primum in emblemata, deinceps vero in formulas conversam, sed nullo aevo penitus in tenebras profligatam. Quod tam apte factum est, ut vetus actorum quamplurimorum perfectio nostram tulerit aetatem, et judiciorum praecipue ritus, qui et nostris temporibus desideratur, ut judicia civilia per arbitros (*juratores*) dirimantur, frustra quaeratur seorsim ab Romanorum institutionibus, ex quibus Praetor, vel Praeses Provinciae, vix posita juris quaestione cum daret actionem vel exceptionem, facti disquisitionem, proindeque condemnationem, Judicibus, vel Recuperatoribus relinquebat.

Profecto enim Sacerdotes statutis ipsis creditis non incubuere, veluti in his somnia peterent, sed ut illa interpretarentur, et ne frangerentur strenue curarunt. Quare L. Mucius Scaevola dicere consueverat, neminem fore bonum Pontificem, qui optimus non esset Jurisconsultus, et T. Coruncanus ex legum peritia ad summum evectus est Sacerdotium, quamvis ex plebeia familia ortum duxisset.

Sed et Proceres iisdem studiis incubuere. Olim Papirius jus edidit; T. Coruncanus praedictus jus coepit docere, et Senatus Scipioni Nasicae domum in via sacra positam gratis dedit, ut ex ipsa omnibus postulatoribus respouderet. Fratres proinde Publius, et Sextus Aeli Peti, Catones M. Porcius, et alii ejusdem generis, duo Scaevolae, P. Rutilius Ruffus, Manlius, suis temporibus Jurisprudentiae conditor appellatus, Publicius eximius Praetor, Aquilius Gallus, Servius Sulpicius, Aulus Offilius, Trebatio Testa, Ac-

Digitized by Google

mole contrattuali, o nuove azioni od eccezioni, essi sapean comporre le cose nuove colle antiche a modo che queste non apparissero sovvertite.

E di vero le leggi delle XII tavole ben poco ammollirono la durezza usata a tempi di Romolo, e non pertanto furono per lunghissimo tempo venerate come fonti del Romano diritto. Ed avvegnachè dal Foro e dal commercio l' antico materialismo fosse un po' per volta espulso, non di meno potè sempre riconoscersi l' antica sembianza, dapprima nei simboli, e poscia nelle formole. Questo sì acconciamente fu fatto, che l' antico procedere in molte parti si conservò sino a' nostri giorni, e quel rito giudiziale (che dicono del GIURÌ) e che oggidì tanto si cerca per le civili contese, invano si troverà fuor delle Romane istituzioni: imperocchè il Pretore, o il Preside della Provincia dando l' azione, o l' eccezione stanziava il diritto da applicarsi, e quindi i Giudici, o i Ricuperatori, secondo il fatto assolvevano o condannavano, come voleva la legge posta loro innanzi dal Magistrato.

Nè i Sacerdoti dormirono sugli statuti alla loro custodia confidati, ma erano sempre all' erta affinchè fossero bene interpretati ed eseguiti. Il perchè L. Muzio Scevola era solito a dire, che niuno sarebbe buon Pontefice, se non fosse ottimo Giureconsulto, e T. Coruncano per la sua perizia nelle leggi, sebbene di schiatta plebea, salì al sommo Sacerdozio.

Ottimati però e Sacerdoti sempre attesero a siffatti studi. In antico un Papirio diè fuori un libro di diritto. Quel T. Coruncano si diè a insegnare giurisprudenza, e il Senato allogò una Casa nella Via Sacra a Scipione Nascica, solo perchè a tutti rispondesse. Quindi i due Peti Publio e Sesto, Marco Porzio Catone, e altri dello stesso casato, due Scevola, P. Rutilio Rufo, Manlio che a' suoi tempi fu detto padre della giurisprudenza, Publicio esimio Pretore, Aquilio Gallo, Servio Sulpizio, Aulo Offilio, Trebazio Testa, Elio

lius Tubero, Alfenus Varo, Attejus Capito, Antistius Labeo, et alii quos brevitatis gratia praetereo legum peritissimi, et aequitatis nec non juris gentium cultores, novas formulas, novas cautiones, novaque actionum, et exceptionum genera induxerunt, novasque leges rogari, novaque edicta proponi rationi, et aequitati consona, suaserunt.

Quod Romanorum studium, et rationis nec non aequitatis cultum, Divinae Providentiae referre placet. Expediebat enim, ni error me coeperit, ut ex Romanorum meditationibus aequitatis jus, ex naturali ratione evulgatum, sed ex violentia obrutum, in compertum veniret paganis, ut hi animo proniori, et ex liberiori voluntate, charitatis praeceptum divinitus indictum acciperent, scilicet ut quod a Cicerone resumitur in ejus admirabili tractatu de Officiis, quo omnis humana aequi et boni sapientia capitur, viam sterneret ad Divinam Sapientiam percipiendam.

Neque post Ciceronis aevum, vel Redemptoris adventum, cultus rationis, et aequitatis Romae deferbuerat, quin adeo exerevit, dum Christiani cruciabantur, ut Adriani, et Antoninorum temporibus jurisprudentia ad classicum culmen pervenerit. Juris enim dialectica, qua usi sunt Papinianus, Ulpianus, Paulus, Gajus, et alii, fuit mira; criterium nempe facti partem decisoriam, et jus applicandum ictu uno ferit: nulla distinctio inanis, nulla periculosa definitio, semper elegans, justa, et absoluta proprietas verborum, semper perspicua brevitas. Nemo in posterum eos vincere potuit: quod si aliis in disciplinis saecula posteriora Classicos habuere, vetus Roma tantummodo Classicis Jurisperitis merito gloriatur.

Nostris profecto temporibus novi, et laudabiles Codices Juris prodierunt. Sed et moderni Legumdatores ex romanorum sapientia thesaurum comparaverunt, nec juris studiosis alibi quam ex Romanorum Jurisconsultorum scriptis juris dialecticam, et criterium practicum adsciscere fas erit. Nec

Tuberone, Alfeno Varrone, Attejo Capitone, Antistio Labeone e altri, che sarebbe lungo annoverare, quanto furono peritissimi nel Romano dritto, altrettanto si addottrinarono nell' equità, e nel dritto razionale o delle genti, e quindi o introdussero nuove formole, nuove cauzioni, nuove azioni e nuove eccezioni, o persuasero nuove leggi confacenti ad equità, e a ragione.

Questa assiduità per altro direi Provvidenziale, parendo espediente che la ragione e l'equità, in antico conculcate, venissero nell' aperto, affinchè i pagani fossero più pronti e volonterosi a tenere il Divino precetto dell' evangelica carità, e l' ammirabile libro degli uffici, nel quale Tullio compendiò ogni umana dottrina del buono e dell' equo, spianasse la via a comprendere la Divina Sapienza.

Nè dopo l' età di Cicerone, e la venuta di Cristo s' affievolì a Roma lo studio della ragione e dell' equità: chè anzi s' accrebbe quando i Santi erano martoriati, per modo che ai tempi di Adriano e degli Antonini la giurisprudenza salì a classica perfezione. La giuridica dialettica in fatti di Papiniano, di Ulpiano, di Paolo, di Gajo e di tanti altri fu mirabile; feriva il fatto giudicativo, e il gius applicabile in un istante; niuna distinzione inutile, niuna pericolosa definizione; sempre giusta proprietà nel linguaggio: concisione e insieme perspicuità. Niuno di poi potè superarli, e se i secoli posteriori ebbero CLASSICI in ogni disciplina, Roma soltanto vantasi di classici Giureconsulti.

A dì nostri molti Codici lodevoli sono venuti in luce. Ma oltre che i moderni legislatori fecer tesoro della Romana sapienza, gli studiosi di qualsivoglia Legislazione non altrove potrebbero attingere o giusta dialettica, o perfetto criterio, fuorchè nei fragmenti de' Romani Giureconsulti. Ma chi potrebbe

Digitized by Google

latebit datum nemini fore ad hujus scientiae fontem accedere, ut classicorum dialecticam percipiat, nisi lecta ei sint jura, et notae sint formulae, quibus classicorum temporibus Romani utebantur.

Quapropter nil aptius, optatiusque poterat inveniri quam Gaii institutionum commentarii. Non enim satis erant Classicorum fragmenta, a Triboniano digestis inserta, utpote quae ab eo persaepe interpolata, ne a novis constitutionibus absona forent: quod eidem non solum indultum, sed impositum fuit ab Justiniano. Sane Viri acutissimi ingenii, nempe Alciatus, Cujacius, Hotomanus, Contius, Averanius, et alii veterum Jurisconsultorum verba, et sententias restituere conati sunt. Sed cum id egissent ex suis conjecturis, multo proprius et tutius accedere poterimus ad classicorum Jurisconsultorum sententiam, si verba a Triboniano nobis tradita, et illis inscripta, contulimus institutionibus Gaii, Jurisconsulti summae doctrinae, et autoritatis, et fere Papiniani, Ulpiani, et Pauli coaevi, quam si eam ex divinationibus et suspicionibus Alciati, et ejus sectatorum accipiamus.

Utique et transactis temporibus germina et surculi Juris Civilis Romanorum insectabantur vel ab eruditis, qui antiquitatibus deliciabantur, vel etiam ab Jurisconsultis tamquam hermeneuticae subsidium: sed hodie insectantur duabus, et proprioribus de causis, scilicet ut colligi et percipi possit optima disserendi et decidendi ratio, et insuper ut Romanorum historia in comperto sit. Nemo enim, cui potenter lecta non sint Classicorum Jurisconsultorum scripta, optimam disserendi, et decidendi rationem adscivisse putabit, nisi forte credat suam in faciem arborem gignere olivas. Nemo aliunde Romanorum historiam perdidicisse credat, si peritus antiqui juris non sit. Qui autem noverit jura, ritus, emblemata et formulas actorum, pedetentim invecta, veteribusque institutionibus adnexa et conciliata, profecto videbit aligero agmine mores Romanorum per temporum intervalla coram se ipso transire, quasi Romanorum antiquorum fuisset coaevus.

Digitized by Google

con profitto accostarsi a queste fonti se ignorasse il dritto e le formole in uso presso gli antichi Romani?

A tant' uopo però nulla di più acconcio e desiderabile dei Commentari di Gajo; imperocchè non basterebbero i fragmenti nel digesto inscriti, che non di rado furono da Triboniano rifatti per acconciarli alle nuove costituzioni: ciò che non solo gli fu permesso, ma fugli imposto da Giustiniano. Per vero uomini di acutissimo ingegno, come Alciato, Cujaccio, Ottomano Conzio, Avcranio e altri posero studio a restituire le parole e le sentenze degli antichi; ma avendo essi congetturato, tornerà meglio raffrontare le parole da Triboniano attribuite agli antichi colle istituzioni di Gajo, uomo di somma dottrina e autorità, e pressochè contemporaneo di Papiniano, di Ulpiano e di Paolo, di quello che indovinare, o sospettare coll'Alciato e coi suoi seguaci.

Anche nei tempi trascorsi si cercavano le origini del diritto Romano; ma ciò o indagavano quelli che deliziavansi nell' antiquaria, o alcuni eruditi Giureconsulti, per sussidiare le loro interpretazioni. Oggidì per altro quelle origini si cercano per due principalissime cagioni, o per percepire l' ottima dialettica di que' Classici, o per discoprire la vera storia di Roma. E di vero chi non abbia assiduamente meditato gli scritti dei classici Giureconsulti, non potrà lusingarsi di avere ottimo criterio giuridico, se già non credesse che l' albero non coltivato porga squisiti frutti: come non potrà credersi addottrinato nell' antica storia di Roma, se non conosca le fasi della Romana antica legislazione; e per contro se appieno conoscerà le leggi, i riti, gli emblemi, e le formole degli atti, che a poco a poco furono aggiunti ed acconciati alle antichissime istituzioni, vedrà passargli innanzi le vicende di Roma, come avesse vissuto in tutte le età degli antichi Romani.

Digitized by Google

Hi proinde et a majoribus nostris Gaii Commentarii tanto aestimabantur, ut Aleander beatum putaret cui datum esset eos inspicere. Deperditi enim sine spe credebantur, quamvis Oisellius scripsisset, Cynum adseverasse ei fuisse relatum quempiam tunc vivere, qui eos viderat. Non aliud enim extabat quam eorum Synopsis ab Anniano seu Appiano excerpta, jussu Alarici in Gallia trans Ligerim, et Hispania Visigotorum rege, et una cum Breviario Codicis Theodosiani evulgata, sexto ineunte Redemptionis saeculo. Hanc igitur strenuo studio, et maxima eruditione commentari pretium fuit Aleandro, Oisellio, D. Gothofredo, et ipsi Cujaecio, praecipue vero Schultingio, tametsi huic tam eruda, suspecta, et quandoquidem mendax Synopsis illa videretur, ut Annianum Gaii carnificem appellare non dubitasset. Sed omnes latebat, Annianum vix aliquos hujus operis titulos perstrinxisse.

Non erit igitur qui summam laudem detrectet praeclarissimo Scipioni Maffeio, qui primus hujusmodi commentatarios suspicavit obtectos in Palimpsesto Veronensis Canonicorum Capituli Bibliothecae, et non solum Jurisconsultorum reipublicae id denunciavit, sed aliqua ex parte scripturam ut detergeret, operam navavit. Ast gratiae ex summo beneficio referendae sunt Niebhurio viro praestantissimo, quod ex ejus impulsu et auctoritate Berolinensis Academia, anno 1816, Veronam miserit egregios viros Goeschenium, Bekkerium, et Holvegium, ut ex Palimpsesto omnia quae possent Gaii verba exciperent, nec non Jurisprudentiae eximiis cultoribus, qui Gaii textum typis divulgandum curavere. Quod quidem ego in eorum laude ponere non audeo, cum alia, vel admodum majora sint eorum opera encomio referenda.

Non erit profecto qui hos adjudicet commentarios vel Gajo Mucii auditori, vel Gajo juris scriptori, de quibus loquutus fuit Pomponius *L.* 2. §. 42. *et* §. 44. *ff. de O. I.* Gajus enim horum commentariorum auctor, quem equestri or-

E per questo anco i nostri Maggiori tanta stima facevano di questi Commentari di Gajo, che Alcandro riputava beato colui che avesse potuto vederli. Credevansi infatti sperduti, comunque lo stesso Alcandro riferisse che a Cino fosse detto uno averli a suo tempo veduti. Ma rimanevane quel solo compendio, che per comando di Alarico Re de' Visigoti nella Francia oltre la Loira ed in Ispagna, fu fatto da Anniano o Appiano, e divulgato insieme col Breviario del Codice Teodosiano, al cominciare del sesto secolo. Con diligente studio e somma erudizione degnarono di commentarlo Alcandro, Oisellio, D. Gottofredo, lo stesso Cujaccio e soprattutti lo Scultingio, abbenchè gli paresse così crudo, sospetto e mendace che usava chiamare Anniano carnefice di Gajo. Era però a tutti nascosto che Anniano aveva a pena compendiato alcuni titoli di Gajo.

Non sarà pertanto chi non sia grato al chiarissimo Scipione Maffei, che per primo sospettò nascosti questi commentari in un Palimsesto della Biblioteca capitolare di Verona, e non solo ne divulgò la notizia, ma pose studio a discoprire qualche parte della velata scrittura. Di sommo benefizio siamo tenuti però al NIEBUHR, poichè per autorevole suo impulso l' Accademia di Berlino mandò a Verona nel 1816 *tre uomini egregi GOESCHEN, BEKKER, HOLLWEG, affinchè dal Palimsesto traessero quante parole potessero, come altresì a quegli amantissimi della giurisprudenza, che ebbero a cuore il divulgare per le stampe lo discoperto testo; locchè per altro non è per essi il pregio maggiore, essendo ben commendevoli per opere tanto maggiori.*

Niuno però vorrà attribuire questi Commentari a quel Gajo uditore di Mucio, o a quel Gajo scrittore di diritto, dei quali parlò Pomponio nella Leg. 2. §. 42. e §. 44. ff. de O. I. *ma questo nostro Gajo, che il Me-*

Digitized by Google

dini adscripsit, et Titum, nescio quo jure, appellavit Menagius, sed quidem Tribonianus eum, quam poterat imitatus, et NOSTRUM professus est, vixit Adriani temporibus, prout patet ex ejus fragmento in *L. 7. ff. de reb. dub.*, nec non Antonini Pii, ex *L. 42. ff. de donat. inter vir. et uxor.* Nec ambigendum quin vixisset etiam imperante M. Aurelio, cujus constitutionis meminisse videtur his *Comm.* 1. §. 158, quemque SACRATISSIMUM PRINCIPEM NOSTRUM appellavit *singul. suo libro ad S. C. Orphitianum*, prout *ex L. 9. ff. ad S. C. Tertyll.* Et quidem rogatum fuit illud S. C. Orphito et Ruffo Coss. A. 178 Redemptionis. Nescio tamen an vixerit temporibus Commodi, Pertinacis, Juliani et Severi, sed eum crederem vita functum ante Caracallae tyrannidem. Enimvero hisce suis commentariis uti nefarias improbavit nuptias cum noverca, quas iniisse Caracallam testatur Spartianus, et quod momentosissimum est, numquam hisce commentariis memoravit percelebrem Caracallae Constitutionem in peregrinos, tametsi persaepe causam habuisset; ex quo certi sumus ante Caracallam hos commentarios ipsum absolvisse.

Permultis ex ejus scriptis Tribonianus fragmenta CCCLV pandectis retulit. Tanta vero ejus sapientiae fama, ut censitus fuerit inter primores Jurisconsultos, quorum in judiciis allegare, et sequi sententias liceret, prout ex constitutione Theodosio, et Valentiniano inscripta, quae extat in Codice Theodosiano *lib. 1. tit. IV.*

Non integrum tamen horum commentariorum textum ex Palimpsesto elicere datu mfuit, et desunt paginae, et nonullorum §§. habentur tantum aliqua et intercisa verba. Idcirco cum Gaii textum explanare experiar, tentabo insuper vel paginarum deperditarum subjecta ostendere, vel §§. partim resecta, et manca integrare; veniam tamen obsecrans si scopum perdifficilem non attigero. Perspicuitatis insuper causa novis rubricis, si desint, vel deperditae fuerint, lectorem moneam eum Textus ad alia digrediatur.

naggio, non so con qual ragione, ascrisse all' ordine equestre, e cognominò Titio, e per certo fu imitato e seguìto da Triboniano, che il chiamò suo, visse a tempi di Adriano, come appare da suo fragmento nella L. 7. ff. de reb. dub. *come pure a tempi di Antonino Pio, come dal testo a lui iscritto nella* L. 42. ff. de donat. inter vir. et uxor. *Nè è a dubitarsi che vivesse quando imperava Marco Aurelio, di cui pare rammenti una costituzione nel primo di questi commentari* §. 198, *e che egli disse sagratissimo nostro Principe nel suo libro sul S. C. Orfiziano, come dalla* Leg. 9. ff. ad S. C. Tertyll. *Fu questo Senatoconsulto proposto sotto il Consolato di Orfito e di Rufo nell' anno* 178 *di Cristo. Nè io saprei se Gajo avesse vissuto a' tempi di Commodo, di Pertinace, di Giuliano, e di Severo, ma il credo morto prima della tirannia di Caracalla: conciossiachè in questi suoi Commentari riprova come nefande le nozze colla matrigna, nelle quali, se crediamo a Sparziano, si mescolò Caracalla, e soprattutto in questi Commentari non fece mai parola della celebre costituzione di quel Tiranno sugli stranieri, abbenchè ne avesse frequenti occasioni; perlocchè siamo almen certi che egli compì quest' opera prima di Caracalla.*

Molti libri egli scrisse, dai quali Triboniano trasse nei digesti 355 *frammenti, e salì in tanta fama, che fu annoverato fra quei pochi e sommi, de' quali poteano addursi e doveano seguirsi le sentenze in giudizio, come alla costituzione attribuita a Teodosio e Valentiniano, che vedesi nel Codice Teodosiano lib.* 1. *tit.* 4.

Ma non potè conseguirsi dal Palimsesto l' intero testo, e ce ne manca alcuna pagina; poi di alcuni Paragrafi si ebbero soltanto alcune parole: perciò nel tentare di mettere in chiaro le sentenze di Gajo mi sforzerò e a quiddittare il subbietto delle pagine perdute, ed a riempire i paragrafi incompleti, ma implorando compatimento quando io abbia mal raggiunto scopo cotanto difficile. Anco, e per maggiore chiarezza, darò rubriche nuove, affine d' avvertire che il commentario diverga a materia nuova.

Digitized by Google

Eatenus abstineam ab adnotationibus paleographicis, quae reperiuntur in prima Beroliuensi editione anni 1820, et in posterioribus per Lachmannum absolutis, quatenus meas repletiones textus honestaturus non sim. Aemulaturus porro Schultingium, qui Anniani epitomi operam praebuit, animadversiones dabo in textum nuper Veronae repertum, a Gajo ipso, vel ab ejus coevis, aut praedecessoribus testimonium petens, non praeteriens quae de veteribus Romanorum legibus et moribus Tribonianus, vel Theophilus retulerunt, vel quae per eruditissimos viros Puchtam, Ugonem, Ortolanum, et alios strenua diligentia recolecta fuere. Voluntas est tenax, et labor erit assiduus, quatenus aetas gravis, et Forenses curae consentiant. Utinam vincat labor, quem omnia vincere cecinit Virgilius *Georg.* 1. 145.

Si lectorem certum faciam eum non dubito mecum pergere: eum si haesitet rogo ut ipse quaerat, et moneat: si errorem meum cognoscat, spero illum me comiter revocaturum, quod grato, et libenti animo excipiam.

Bononiae Postridie Id. Sept. MDCCCLVIII.

Mi asterrò dalle note paleografiche o librarie, con tanta diligenza aggiunte all' edizione del 1820, e alle posteriori del Lacman, a meno che non abbia a valermene per onestare le mie giunte. Emulando però lo Scultingio, che nel compendio di Auniano pose tanto studio, darò annotazioni sul testo Veronese, traendole o dallo stesso Gajo, o dalle testimonianze dei contemporanei, senza trasandare o quelle di Triboniano e di Teofilo, o le avvertenze degli eruditissimi Puchta, Ugo e Ortolan nei loro libri storici. Il buon volere è tenace, e la fatica sarà assidua quanto il consentano l' età grave, e le cure forensi. Dio voglia che basti la fatica, cui Virgilio cantò bastare ad ogni difficoltà.

Se convincerò il Lettore non dubito di averlo meco: se egli esiti, lo prego a studiare e ad ammonirmi: se s' avvedrà del mio errore, spero vorrà correggermi cortesemente, e gliene sarò gratissimo.

Bologna 14 Settembre 1858.

Digitized by Google

ISTITUZIONI DI GAJO

COMMENTARIO PRIMO

Digitized by Google

GAII INSTITUTIONUM

COMMENTARIUS PRIMUS

TITULUS I.

De jure Gentium et Civili.

§. 1. « *Omnes populi qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur* (1). *Nam quod quisque* populus ipse sibi jus constituit, id ipsius proprium est, vocaturque jus civile, quasi jus proprium *ipsius civitatis* (2). *Quod vero naturalis* ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peraeque custoditur, vocaturque jus gentium, quasi quo jure omnes gentes utuntur (3). Populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utitur. Quae singula qualia sint, suis locis proponemus. »

---

(1) *Manco textui Veronensi suppletum fuit ex verbis Gaii relatis per Tribonianum in* L. 9. ff. de just. et jur. *excerptis ex hujus Gaii loco.*

Digitized by Google

IL PRIMO COMMENTARIO

DELLE ISTITUZIONI DI GAJO

TITOLO I.

Del dritto delle Genti e del dritto Civile.

§. 1. « *Tutti i Popoli, che si reggono o a leggi od a costumanze, seguono in parte i propri Statuti, e in parte quel dritto che a tutti gli uomini è comune* (1). *Ciò che ogni popolo ha per sè statuito, e gli è veramente proprio, dicesi gius civile come speciale di quella città* (2). *Ma quel dritto che la ragione naturale prescrive a tutti gli uomini, e da tutti i popoli debbe custodirsi, dicesi dritto delle genti, come quello che a tutte le genti debbe esser comune* (3). *Quindi il popolo Romano vive in parte al suo dritto particolare, e in parte al dritto di tutti gli uomini; su di che torneremo a suo luogo.*

---

(1) Nel testo Veronese questo passo era perduto, ma fu agevole supplire colle parole della *L.* 9. *ff. de justitia et jure*, che Triboniano trasse a punto da questo luogo di Gajo.

Digitized by Google

(2) *Ulpianus* L. 1. ff. de just. et jur., *et alii, quos secuti sunt Theophilus, et Tribonianus* (Inst. lib. I, tit. 1. §. 1. et 2.), *tres fecerunt juris partes: nempe jus naturae, quod natura ipsa omnia animalia docuit: jus gentium, quod apud omnes custoditur: jus civile quod unusquisque populus sibi constituit. E contra Gajus duo posuit genera, nempe jus gentium, et jus civile. Profecto nec Ulpianum nec alios jus vel obligationem brutis protendisse credendum est, sed tantummodo juris materiam, seu juris objectum, videlicet necessitates, et his satisfaciendi naturales facultates, quae hominibus et brutis aeque sunt pares. Inepta tamen et manca est Ulpiani juris naturae definitio, utpote quae genere arctior, et specie latior, neutri congruit. Enimvero natura nullo jure bruta animalia instruxerat: e contra hominibus cujuscumque juris gentium, et civitatis ipsa est fons. Quod si necessitas conservationis individui et speciei aeque incitat homines, et brutos, attamen brutorum instinctus non eos docet officia familiaria, commercialia, socialia, quae jus constituunt.*

Optime vero Gajus animadvertit quempiam populum moribus vel legibus regi. Quin imo omnium populorum institutiones ex eorum moribus ortum duxerunt. Mores enim sive boni sive mali unicuique sunt ratio vitae, et patrum mores in natorum consuetudinem proficiscuntur, ita ut a legumdatoribus non jus tradatur, vel saltem a populis libenti animo non accipiatur, quam quod vel ex moribus invectum, vel saltem ex moribus in votis.

Idcirco perutile foret noscere antiquiorum Romanorum mores, seu urbis exordia, ut juris civilis Romae invecti ratio percipi posset. Sed Romae initia incerta, cum vel rationem nominis doctissimos ignorasse testatus sit Macrobius Saturn. III, 9, *et in Farnesiano Festi fragmento V.* Romam *reperiatur, Verrium scripsisse prohibitum quominus illa evulgarentur, si reperta fuissent. Ipsius equidem numinis Romae tutelaris appellatio in arcanis latebat. Fuerant profecto carmina, quae olim cantitabantur a convivis in epulis, sed Cicero in* Bruto 19 *testatus est, Catonem* de originibus *scripsisse jam sua aetate deperdita.*

Romae ideo exordia quae narrantur, si non omnino mythologica, saltem fabulis aucta videntur. Nihilosecius tamen nobis prorsus ineptum foret recedere ab his, quibus Jurisconsulti Romani innixi sunt; cum enim

Digitized by Google

(2) Ulpiano come nella *Leg.* 1. *ff. de just. et jur.* e altri con lui, che furono seguiti da Teofilo, e da Triboniano (*Instit. lib.* 1. 2.) divisero il dritto in tre parti; naturale, che la natura insegnò a tutti gli animali; delle genti, universalmente osservato dagli uomini; civile, che ogni popolo si fece. Gajo per contro pose due soli generi; il dritto delle genti, e il Civile. Per vero niuno crederà che Ulpiano o gli altri abbian supposto nei bruti alcun dritto, od alcuna obbligazione, ma intenderà abbiano parlato soltanto della materia, o meglio si direbbe dell' objetto del diritto, e cioè delle necessità comuni a uomini, e bruti, e della potenza organica di soddisfarle. Ma sarà sempre inetta, ed incompleta quella difinizione di Ulpiano, perchè più ristretta del genere, e più estesa della specie, non risponde nè a quello, nè a questo. E' di vero la natura non insegnò dritto alcuno a' bruti, e per contro da essa proviene ogni dritto umano, sia delle genti, o civile. *L.* 5. *ff. de just. et jur.* E se il bisogno o della individuale conservazione, o della propagazione della specie subilla uomini e bruti, questo istinto però non insegna ai bruti gli uffici domestici, commerciali, e cittadineschi che costituiscono il dritto.

Ottimamente poi Gajo ci avverte che ogni popolo si regga o per costumanze, o per leggi sue particolari, conciossiachè le istituzioni, che furono per ciascun popolo sancite, mossero da costumanze già invalse, alle quali o buono o rio affoggiasi l' abito del vivere, trapassando i costumi dei padri nei figliuoli; nè i Legislatori fecer leggi, o non furono accettevoli, so al costume non affacevansi, o non erano desiderate.

Tornerebbe per tanto in acconcio conoscere gli antichissimi costumi dei Romani per ben comprendere la ragione del Romano dritto. Ma gli esordii di Roma sono cotanto incerti, che i più dotti fra gli antichi persino ignoravano l' origine del nome di Roma, come attesta Macrobio nei *Saturnali III*, 9, e nel Farnesiano fragmento di Festo alla voce *Romam* si trova avere Verio lasciato scritto essere vietato divulgarli se fossero discoperti. Era persino nel mistero il Nume tutelare di Roma. Anticamente si cantavano nei conviti certi versi delle romane origini: ma Cicerone scriveva nel *Bruto* §. 19, leggersi in Catone *delle Origini* esserne perduta fin da' tempi di lui la memoria.

Quindi ciò che si racconta dei primordii di Roma vuolsi dire o favoloso, o contigiato di favole. Ma sarebbe per noi fuor di ragione diluogarci da quelle tradizioni che i Romani Giureconsulti tenoero per

Digitized by Google

eorum criterium quaerimus, nihil assequi datum foret ex discrepante historica veritate, cujus tamen monumenta desunt. Carpamus ideo quaenam traditionis ab Jureconsultis acceptae extent adminicula.

Si Graeci extremae Italiae mores linguam et philosophiam attulerunt, non hoc Romae, vel hujus propinquis regionibus porrigendum. Sabinos, et Albanos, seu Latinos, reges, Hetruscos vero Locumones, sive civitatum rectores, et militiae duces, habuisse, illisque, et his proceres, consilii causa, adfuisse dicitur. Huic ideo inhaerendum quod ait Florus III, 19, *populum romanum sanguinem duxisse ex Latinis, ex Sabinis, et ex Hetruscis, et tribus ex his unum Romam sumpsisse corpus.*

Ex hac autem societate populi Romae congregati tribus *partibus divisio facta est, unde quaevis pars* tribus *dicta; cujusvis vero partis subdivisio in decem curias, ut aequo numero haberentur suffragia. Una ex tribus a Romulo Ramnensis, altera a Tatio Sabinorum rege Tatiensis, prout Ennium scripsisse testatur Varro* v. ager, *tertia vero, cui Hetrusci sese adscripserunt, Lucerensis dicta fuit. Sed hujus nominis incertam fuisse originem scripsit* Liv. I, 13. *Ast Varro* d. v. ager *refert, Lucerem tribum ex Hetruscis conflatam, nomen habuisse ab eorum* Lucero, *seu Lucumone, et Volumnium, quem nuper ex reperto Volumniorum sepulcreto novimus Perusiae ortum, haec vocabula tusca esse scripsisse. Ajunt vero quempiam Caellem Vebennam, vel Coelium, Ardeae Lucumonem, vel Lucerem, cum Romulo auxiliabundus suos Ardeotes duxisset in Tatium et Sabinos, raptas virgines vindicantes, in praelio occubuisse: foedere autem a dimicantibus percusso et festinato, Ardeates non tantum jucunditatis, sed et civitatis participes fieri voluisse.*

Olim quaevis tribus forsitan rectorem proprium, et sedem habuit divisim; Ramnensis in Latii loco, qui Romilia, quippe qui et Roma vetus nunc dicitur: Tatiensis in colle Agono, seu Aegone per antea dicto, quemque Quirinalem dici Sabini maluere, vel a Curi *eorum praecipua sede, vel a Quiri eorum Diva, cujus nomen jam protulerant hastae, quibus strenue utebantur dimicantes; Luceres autem in monte Querculano, vel Querquetulano, quem Caelium dici desiderarunt, ex nomine interfecti eorum Lucumonis vel Ducis Caellae Vebennae.* Vide Tacit. Annal. IV, 65.

Ast defensionis postmodum causa, sicuti unum regem eligerunt, ita propinquati sunt socii. Hetrusci enim descenderunt in vicum foro proxi-

Digitized by Google

vere, imperocchè a discoprire il loro criterio nulla ci varrebbe la discordante storica verità, di cui per altro mancherebbono monumenti. Limitiamoci per tanto a cercare in che posino le tradizioni tenute da quei Giureconsulti.

Se i Greci recarono nell' estrema parte dell' Italia costumi, lingua e filosofia, ben male ciò si direbbe di Roma e dei suoi contorni. Sabini e Latini, o Albani, ebbero Re; gli Etrusci ebbero Locumoni: quelli e questi erano Rettori della città, e Capitani in guerra, aventi però a costa un consiglio di Magnati. Or questo importa, poichè *Floro III*, 19, ci dice che nel popolo Romano fu mescolato sangue Latino, Sabino, ed Etrusco, e se ne fece in Roma un sol corpo.

Sendo così tripla l' origine ne derivò l' antichissima divisione del popolo Romano in tre parti, ognuna delle quali fu detta Tribù, e fu suddivisa in dieci curie, affinchè ognuna avesse egual possa nei suffragi. Una delle Tribù fu per Romolo detta *Ramnense*, la seconda per Tazio, Re dei Sabini, fu detta Taziense, come Varrone disse aver trovato in Ennio. La terza poi, a cui si ascrissero gli Etrusci, fu detta Lucerense. Ma *Livio I*, 13, scrisse incerta l' origine di questo nome. Varrone però (sempre alla parola *ager*) riferisce che la Tribù Lucerense, composta degli Etrusci trasse il nome da suo Locumone, o Lucere, e che Volumnio (cui per sepolcreto, non ha guari discoperto, sappiamo originario di Perugia) avea scritto, che queste parole erano Toscbe. Dicono per tanto che certo Celle Vebenna, o Celio, Locumone, o Lucere di Ardea, e che avea condotto suoi Ardeati in ajuto di Romolo contro Tazio e i Sabini, venuti alle armi per vindicare il ratto delle vergini, perisse nel combattere, e che fatta pace o alleanza fra combattenti, gli Ardeati volessero non solo aver parte al tripudio, ma ben anco associarsi agli uni e gli altri.

Le tre nazioni, o tribù, fors' ebbero dapprima Rettori, e stanze a parte. La Ramnense in luogo detto *Romilia*, e oggidì Roma vecchia: la Taziense nel colle già detto *Agono*, o *Egone*, che i Sabini vollero dir *Quirinale*, o per *Curi* principale lor sede, o per *Quiri* loro principale divinità, il cui nome avean già dato all' Asta, cui destramente usavano combattendo: la Lucerense nel Monte già detto Querceto, e cui vollero dir Celio, in memoria del morto duce. *Ved. Tacit. Annal. IV*, 65.

Ma come convennero in breve sotto un sol Re, anco si avvicinarono per ajutarsi contro a' nemici. Gli Etrusci in fatti discesero presso il

Digitized by Google

mum, quique Tuscus dici coepit, prout Tacit. loc. cit., *et in quo Vertumni proecipui eorum numinis simulacrum diu veneratum fuit: Ramnenses seu Latini Capitolium et forum inhabitore coepsrunt: illi, et hi ut Quirinali seu fortibus Sabinis appropinquarentur.*

Incerta tamen hoec sunt, nam scriptores dissentire Tacitus refert. Sed hoc menti commendandum: Ramnenses fundum seu solum, et idioma societati contulisss: Tatiensss monticolarum tenacitatem, rapidum strsnuumque in hostes valorem: Luceres autem Superum cultum, et agri colendi, aliarumque artium ad publicam, aut ad domesticam rem respicientium, studium. Proinde novi collectique populi mores insimul fiunt bellicosi, operosi, tenaces, religiosi.

Enimvero Romulus et Tatius summo contendsrunt studio, ut populus ipsz fieret virtute, et disciplina invictus, Superisque fidens, in omni casu insuperabilis. Cumque omnes militiam instituisssent, operam sedulo navarunt, ut non solum Sabinorum ardor ad alios traduceretur, sed arctiori disciplina coerceretur, et Lucerum religione solidoretur. Qua de causa statutum ut ab Sabinorum hasta, QUIRI opud Sobinos teste Ovidio Fast. I *tunc dicta, omnes Quirites, Romulusque Quirinus nuncuparentur. Hasta vero in tantam evecta est aestimationem, ut fit praecipuum juris symbolum, nostra etiam aetatz asservatum.*

Initio tamen, sicuti ait Pomponius L. 2. §. 1. ff. de O. I., *Romana Civitas sine lege certa, et sine jure certo agere instituit, et addidit* Justinus I, 1, *arbitria Principum pro legibus fuisse, quod Tacitus confirmat* Ann. III, 26. *Vsruntamen ego crederem ut non pro libito, aut violentia Rex imperitosset, sed arbitrio boni viri.*

Varro de re rustica I *testatur, Romulum bina jugera viritim tribuisse, quae natos sequerentur, unde* haeredia *dicta, et liberi* haeredes sui, *vel ab* haerere, *quasi illa praediola eis offixa, vel ob* haero, *scilicet domino, vel ab* Era, *nempe terra.*

Unusquisque paterfamilias uxorem, et nurum habuit manu, liberos potestate, servos dominio, et in his omnibus jurisdictionsm usque ad necem. In ceteros autem jus fuit unicuique sua vindicars, aut pro libito componere; alias aliter vel de aere alieno, vel de maleficio, vel de possessione, si neque privata vindicta, neque pactione res finem habuissent, Regi erat jus dicere.

Primum item adlecti sunt centum ex senioribus, vel prudentioribus in Regis consilium, Senatores vel Patres dicti: insuper alii tercentum, qui

Digitized by Google

foro in luogo detto Borgo Tosco, nel quale fu per lungo tempo venerato il simulacro di Vertumnio loro Idolo principalissimo; o anche qui ci aiuta *Tacito* nel luogo suddetto, o i Latini vennero a stare nel Campidoglio, o nel Foro, o così quelli e questi si appressarono al Quirinalo, ove si fermarono i valorosi Sabini.

Queste cose però sono incerte, avvisandoci anco Tacito non essere d' accordo gli scrittori. Ma può affermarsi che i Ramnensi, o Latini conferirono la lingua, e il suolo: i Taziensi, o Sabini la tenacità dei Montanari, o il rapido, o valoroso impeto negl' inimici: gli Etrusci, o Luceri, il culto degli Dei, e le arti a pubblico, o privato bisogno: laonde questo popolo ragunaticcio si fe' insieme bellicoso, operoso, tenace, e religioso.

In fatti Romolo o Tazio, posero ogni studio affinchè quel popolo fosse per valore e disciplina invitto, o fiducioso in divinità, fosse ad ogni evento insuperabile. Volendo però ciascuno in armo, diligentemente adoperarono affinchè l' ardore de' Sabini in tutti si trasfondesse, e colla rigorosa disciplina, o la religione, tanto in pregio agli Etrusci, si rafforzasse. Onde fu statuito che tutti dall' Asta dei Sabini, detta Quiri, come nota Ovidio nel primo dei fasti, si chiamassero *Quiriti*, lo stesso Romolo prendesse nome di *Quirino*, e l' Asta fosse simbolo giuridico, di che anche in oggi si mantiene ricordanza.

Da prima per altro, come scrisse Pomponio *L.* 2. §. 1. *ff. de Orig. jur.*, in Roma non fu legge certa, o dritto positivo, o Giustino o Tacito attestano che il Re reggeva a suo senno: ma io dirci che l' arbitrio avesse ad essere onesto, senza violenza.

Secondo Varrone *de re rustica I.* Romolo diè due jugeri a ciascuno da trasfondersi a' figliuoli, onde questi predioli furono detti *eredie*, e i figliuoli eredi suoi, o perchè il terreno fosse loro affisso, o perchè *haerus* volea dir padrone, o perchè *Era* volea dir terra.

Ciascun capo di casa avea mano sulla moglie e sullo nuoro, podestà sui figliuoli, dominio sugli schiavi, e su tutti questi giurisdizione fino al sangue. Ognuno poi poteva vendicare l' ingiuria fattagli, e ricuperare colla forza il suo, o comporsi, o se non gli bastassero le private sue forze, o le cose non fossero aggiustate, il Re avea a far ragione.

Così pure furon dapprima eletti cento fra più vecchi ed assennati, perchè con essi il Re si consigliasse, e furon detti Senatori, o Padri;

Digitized by Google

equum vel habuissent, vel hostibus arripuissent, Equites nuncupati, ut Regiam majestatem defenderent, hisque Magister praepositus est. Minores autem e civibus, sive plebei sub praestantiorum seu principum patronatu conjecti sunt, auxilii dicis causa, sed revera ut coercerentur, et principes patroni, quasi patres, dicti sunt; hi autem de plebe clientes, quasi colentes. Cic. de repub. II, 9.

Populum autem tribubus, ut diximus divisum, ad comitia calari statutum est, si tamen Senatui videretur, ut ex generibus, scilicet ex tribu, ex curia, ex gente, ex clientela, suffragia haberentur de bello indicendo, de foedere ineundo, de juribus mutandis, seu transferendis. Regi idcirco relicta potestas, non solum de jure inter contendentes dicundo de maleficio, de aere alieno, vel de possessione, sed ut senatui praeesset, exercitum ad pugnam duceret, sacra perficeret.

Nonnulla porro etiam primoribus illis initiis ex Alba, ex Sabinis, ex Hetruscis de connubiis, de auspiciis, et de sacrificiis invecta sunt. Sed Numa, quem populus regem comitiis adlegerat, et instituerat imperio, Cic. de repub. II, 13, *religionibus, et divino jure omnes admodum devinxit.* Tac. Ann. III, 26. *Ipse autem sacros ritus, quasi a numine sibi traditos, indixit, et his addidit quae moribus et industriae cohaererent, veluti uxoratus filius ne venumdaretur a patre, vel ne vinum ex vite non putata in sacris perficiendis adhiberetur. Vestales Virgines, et tria Pontificum collegia instituit, ex quatuor unoquoque constituto, nempe Flaminum ut sacra facerent, Augurum ut auspicia peterent, et Fecialium ut bellum indicerent, aut foedera inirent. Regem autem Arciflaminem, seu Pontificem O. M. constituit. Statuit insuper religionem funerum, et sepulcrorum, prohibuitque quominus vinum illis in peragendis absumeretur; edixitque ritus propitiandos, ut diis placatis publica, et privata tutius gererentur. Diesque fastos a nefastis divisit, quibus actus publicos, vel privatos gerere fas esset, vel nefas, et sacerdotes calendario praeesse voluit. Sed non solum sepulcra religione tuenda statuit, verum etiam agrorum terminos, flumina, nemora, et montes diis commendavit. Ex eo proinde sacerdotalis excrevit potentia, cum nedum populi comitia ex Auguribus auspicanda, vel foedera a Fecialibus ineunda, sed et nuptiae, adoptiones, emancipationes quibus sacra dabantur, vel adimebantur, pactiones ipsae jurejurando vallatae, nec non judicialis manuum consertio, qua plerumque sacramento utebatur, affici religione consueverat.*

Post Numam, Tullus Hostillius militarem perstrinxit disciplinam, et Quaestorem parricidii instituit, indulto jure ad populum provocandi damna-

Digitized by Google

più altri 300, che avessero Cavallo, o sapessero sullo straniero conquistarlo, affinchè difendessero la maestà reale, e a questi fu preposto un Maresciallo. La gentaglia, o plebe fu messa sotto il patrocinio dei Magnati, perchè, come si disse, ne avesse aiuto, o meglio affinchè ne fosse frenata. Gli uni si dissero patroni, come fossero padri, gli altri clienti, dal verbo coltivare. *Cic. de repub. II*, 9.

Fu però stabilito che il popolo già in tre diviso, come dicemmo, si avesse da chiamare a comizio, se però buono paresse al Senato, affinchè per ischiatte, e cioè per Tribù, per Curie, per famiglie, e per clientele si deliberasse a voti sulla guerra, sulle alleanze, e per cangiare, o trasferire dritti di famiglia e di eredità. Quindi il Re ebbe giurisdizione sui misfatti, sull' avere, e sul possesso, presidenza nel Senato, capitanato in guerra, sacerdozio per sacrificare agli Dei.

Non poche costumanze fin d'allora si trassero da Alba, non che dai Sabini, e dagli Etrusci, intorno a matrimonii, agli auspici e a sacrifizi. Ma Numa, che dopo Tazio e Romolo fu per comizii prima eletto, e poscia istituito nel Regno (*Cic. de repub. II*, 13) raffermò meglio il popolo nella religione, e altre cose acconciò a miglior costume, o industria, vietando p. es. che il Padre vendesse figliuolo ammogliato, o si usasse nei sacrifizii vino di viti non potate. Istituì egli diffatto le Vergini Vestali, e tre collegi, ciascuno di quattro Pontefici, i Flamini pei sacrifizi, gli Auguri per gli auspicii, i Feciali per le relazioni internazionali, volendo che il Re fosse Pontefice O. M. Poi dispose dei funerali, nei quali vietò il vino; dei Sepolcri; e altresì dei riti per placare e rendere propizii gli Dei, affinchè le pubbliche e le private faccende avesser buon fine. Divise i giorni, nei quali fossero leciti, od illeciti gli atti pubblici e i privati, e diè il calendario in cura a' Pontefici. Nè solo i Sepolcri volle inviolabili, ma consacrò anco confini, fiumi, boschi e montagne. Quindi in alto salì l' autorità de' Pontefici: chè non solo gli Auguri aveano a presagire e comizii e privati negozii, e i Feciali aveano a fermare paci, ed alleanze, ma il sacerdozio ebbe da intervenire alle nozze, alle adozioni, alle emancipazioni, per le quali si comunicavano, o si toglievano i sacri domestici, e ad inframmettersi nei patti giurati, e per sino nelle contestazioni giudiziali, nelle quali non di rado adoperasi sacramento.

Appresso Numa, Tullo Ostilio strinse sempre più la disciplina militare, e istituì Questore sul Parricidio, salvo al condannato nel capo ri-

tis capite. Ancus Martius Fecialium ritus perfecit, et eorum numerum auxit. Tarquinius Priscus de spectaculis, de triumphalibus, et de regalibus insignibus edixit, et mirabilia aedificavit. De aqueductu ab eo constructo scripsit Sex. Jul. Frontinus, *et de cloacarum substructionibus* Plin. XXXVIII, 15, *nec non* Liv. I, 38 et V, 55, *et ea re tantum Romae fuit artium nobiliorum incrementum, ut Cicero* de republ. II, 19 *prorupisset* non rivulum sed amnem abundantissimum in urbem eum influxisse.

Ast praecipuus Servius Tullus sanctor legum fuit, queis etiam Reges obtemperarent, prout Tacit. An. III, 26. *Enimvero censum instituit, quovis quinquennio lustrandum, vel reficiendum ex juratis cujusvis patris familias declarationibus, ita ut pro modo facultatum cives ditiores onerarentur. Omnes vero qui bona referenda censui saltem pro XI m. habuissent, divisit in quinque ordines, scilicet habentium vel C m. vel LXXV m. vel L m. vel XXV m. vel supra XI m. minus tamen quam XXV m. Ordines autem in centurias diviserat, ita ut ab ordine supremo tot darentur suffragia quot capita, a secundo tria ex quatuor, a tertio unum ex duobus, a quarto unum ex quatuor, a quinto unum ex novem vel decem. Habentes vero minus quam XI m. postremum in ordinem rejecit, ut unum tantum ex omnibus haberetur suffragium, sed penitus inane, cum hi testes potius, quam auctores essent ditiorum deliberationis,* Liv. I, 43, *proindeque proletarii appellati, scilicet proli gignendae vix apti. Capite vero censiti dicti fuere qui etiam minus habuissent, secundum Dyon. Halic., quam XII min. et med. vel secundum Gell. minus quam asses MD, et hi ab omni onere, et ab ipsa militia immunes fuere, nisi ex causa tumultus.*

Animadvertendum tamen non ex hac comitiorum constitutione in dissuetudinem abiisse curiata comitia, quin imo diu, et longius quam alia asservata, vix tamen annuatim calanda, (nisi gravis et urgens esset causa) pro testamentis, adrogationibus, vel similibus, ut populi symbolum haberetur; vix enim intererant Lictores curiarum insignia ferentes et Pontifices.

Senatum ipse Tullus auxit ad trecentum, et equestri ordini ditiores adscripsit, scilicet omnes qui equum sibi comparassent. Nova exinde procerum species ex divitiis orta est, quae cum excreverit, vehemens et pugnax in Patricios facta est.

Agrum, quem Romulus, quemque Ancus et Tarquinius Priscus jam diviserant viritim, Tullus secrevit in publicum et privatum, hunque per

chiamo al popolo. Anco Marzio perfezionò il rito dei Feciali, e ne accrebbe il numero. Tarquinio Prisco diè statuti sugli spettacoli, sui trionfi, sulle regali insegne, e murò edifizii maravigliosi. Dell' Acquedotto scrisse Sesto Frontino, delle Cloache Plinio Ist. n. XXXVIII. 15. Liv. I. 38. V. 55, e da lui le arti ebbero tanto incremento, che *Cic. de repub. II*, 19, proruppe a dire ch' ei ne traesse in Roma non un ruscello, ma un fiume abbondantissimo.

Post eum per annum de imperio certarunt Galba, Otho, Vitelius. Senatus tandem Vespasianum imperio instituit, et post eum Titum optimum, et imparem Domitianum ex illo natos. Tandem vero perventum est temporibus Nervae, Trajani, Aelii Veri, et Antoninorum, quibus Jurisprudentia quam Gajus nos docet ad classicum culmen evecta est. Haec exordiis, et progressui juris Romanae civitatis proprii referenda.

(3) *Quoad alteram juris partem, scilicet gentibus, vel hominibus communem, perbelle ait Gajus eam a naturali ratione inter omnes populos constitutam fuisse. Tullius peraeque* (de Invent. II, 53) *jus gentium, idque et naturae jus appellans, definivit:* quod non opinio genuit, sed quaedam innata vis inseruit, ut religionem, pietatem etc. *Deus enim naturae auctor rationem hominibus omnibus dedit, et ratio jus docet omnes, qui aberrare, aut eam devitare non malint.*

---

§. 2. « Constant autem jura (1) ex Legibus, Plebiscitis, Senatusconsultis, Constitutionibus Principum, Edi-

zie. *Tac. An. XI.* 15. 24. *Svet. nella di lui vita* 23. *Dione LX.* 25. Mettendo egli però le mani nelle leggi e ne' Magistrati, aperse via alle rapine, nè vi ebber mercanzie di più spaccio che i tradimenti degli Avvocati, come si espresse Tacito detto libro 11. §. 40.

Appresso lui Nerone, ultimo rampollo di Germanico, per 5 anni fu buono, poi i vizi, e quel poterli saziare impunemente il fecero imbestialire, e negli altri 8 anni nauseò l'attonito impero colla lascivia, le scompiaggini, le crudeltà. Fece però deliberare dal Senato ottime cose, per esempio che i Capitoli degli appaltatori dei dazi fossero pubblicati, onde forviare avidità di pubblicani; che di soverchio non si alzassero le case, affinchè non crollassero; che i creditori dell' eredità, restituita per fedecommesso, avessero da rivolgersi a' fedecommissarii; che i legati, benchè mal concepiti, si eseguissero secondo il volere del testatore; che niuno scrivesse nel testamento altrui legato in suo favore; prefisse pure come i testamenti s' avessero a chiudere, e bandì che l' erario più non avesse foro privilegiato, ma le sue cause come le altre si discutessero nel Foro avanti a' Ricuperatori, e di egualmente buone ei fece altre, che diremo a suo luogo.

Lui spento Galba, Ottone e Vitelio contesero per un anno. Finalmente il Senato, appena Vitelio fu morto, istituì Vespasiano, e dopo di lui i suoi figli, Tito che fu ottimo, e Domiziano molto diverso. Finalmente si giunse a Nerva, Trajano, Elio Vero, e agli Antonini, sotto i quali la giurisprudenza salì a quella classica sublimità, che il nostro Gajo volle insegnarci. Il sin qui detto risguarda gli esordii, e il progresso del diritto civile.

(3) Quanto al dritto delle genti, Gajo ottimamente lo disse costituito per tutti dalla ragion naturale, e Tullio *de Invent. II*, 53 che il disse gius naturale, lo definì quello, che non già di opinione umana era generato, ma ben era innato, come la religione, la pietà ec. E di vero quel lume di ragione, che Iddio ci diede, insegnò il giusto a quanti non volessero svignare.

---

§. 2. « *I dritti* (1) *sono costituiti dalle leggi, plebiscili, Senatoconsulti, costituzioni di Principi, editti di quei Magi-*

etis eorum qui jus edicendi habent, Responsis Prudentium (2). »

---

(1) *Gajus plurali hoc numero censuit jus privatum et publicum, cujus pars erat jus sacrum.* Concord. Instit. Just. lib. I, tit. 2. §. 3. *Adverto, me inferius pro Justiniani Institutionibus tantummodo memoraturum* Instit. *et numero romano semper indicaturum principalem cujusvis libri citati divisionem, aliisque numeris arabicis subjectas partitiones.*

(2) *De singulis his juris fontibus inferius erit divisim disserendum.*

---

§. 3. « Lex est quod populus jubet, atque constituit (1). Plebiscitum est quod plebs jubet, atque constituit. Plebs autem a populo eo distat, quod populi appellatione universi cives significantur, connumeratis etiam patriciis; plebis autem appellatione, sine patriciis, ceteri cives significantur. Unde olim patricii dicebant plebiscitis se non teneri, quia sine auctoritate eorum facta essent. Sed postea Lex Hortensia lata est, qua cautum est, ut plebiscita universum populum tenerent (2). Itaque eo modo legibus exaequata sunt (3). »

---

(1) *Tametsi legis nomen omni scripto juri congruat, Romae lex dicebatur illud praeceptum, quod ab universo populo jussum foret. Coram enim populo Consul, vel Dictator, Praetor, vel Censor, aut Tribunus legem sanciendam prius scriptam, et per Senatum probatam recitabat, et facta unicuique suadendi, vel dissuadendi facultate, populus probabat, vel rejiciebat ex suffragiorum numero.* Liv. XLV, 21 et 36. Cic. de Republ. III, 4. *Olim sicuti, supra diximus, curiatim, postea per centurias ferebantur suffragia, et haec centuriata Comitia dicta sunt majora. Sed plebs,*

Digitized by Google

strati che possano farne, risposte di prudenti (2). «

---

(1) Gajo nella sua locuzione plurale vuol comprendere il gius privato, e il pubblico, di cui faceva parte il gius sacro. Concordano le Istituzioni di Giustiniano lib. 1. tit. 2. §. 3. Avverto però sin d'ora che quando citerò in genere le istituzioni s' intenda sempre quelle di Giustiniano, e che il numero Romano indicherà la divisione principale del libro citato, ed i numeri arabici indicheranno sempre le altre subalterne divisioni del numero citato.

(2) Di queste fonti parziali del diritto sarà trattato parzialmente nei paragrafi seguenti.

---

§. 3. « *Legge è quella che fa il popolo* (1); *plebiscito fa la plebe. Popolo è universalità di cittadini, compresi i senatori; plebe è popolo senza i senatori. Onde i Patrizi negavano di osservare quanto la plebe avesse deliberato senza di loro. Ma per una legge Ortensia fu stanziato che i plebisciti fossero obblegatorii per tutti* (2), *e così non fu più divario fra legge e plebiscito* (3). »

---

(1) Benchè dicasi legge ogni dritto promulgato, a Roma dicevano legge il precetto sancito da tutto il popolo. Avanti il Comizio un Console, Dittatore, Pretore, Censore, o Tribuno leggeva la deliberazione, dianzi scritta, e approvata dal Senato, e dopo udito pro e contra, il popolo veniva ai voti. *Liv. XLV.* 21 *e* 36. *Cic. de repub. III*, 4. I voti come dicemmo, anticamente si contavano per curie, poi per centurie nei comizi maggiori. Ma la plebe cresciuta per ricchezza, e in numero, ottenne nell' anno 326, che ogni cittadino avesse a dar voto nella sua

Digitized by Google

divitiis, et praesertim numero aucta, a. U. C. 261 *obtinuit, ut ex quavis tribu, et a quovis cive sumerentur suffragia, tum si ageretur de legibus sanciendis, vel de plebeis magistratibus eligendis, utpote Tribunis, vel Aedilibus. Ex omni autem Tribu duo his comitiis ferebantur suffragia, unum ex senioribus, alterum ex junioribus; et sunt qui contendunt tertium dari a Patribus, seorsim ab aliis, quod tamen non liquet, quinimmo credendum puto Senatores se abstinuisse ab hujusmodi comitiis. Aucto vero Romae populo, eoque per agrum diffuso, et tribuum numero paulatim ad XXXV evecto, statutum fuit ut comitia essent ad nundinas calanda, et per antea divulgandae res deliberandae, ita ut agri inhabitantes non abessent. Neve autem Augures comitia dissolverent, inopinatum et sinistrum referentes auspicium, primum lex Oglunia a.* 454 (Liv. X, 6) *ex plebe addidit quatuor Sacerdotes, et quinque Augures, indeque absterritum lege Aelia a.* 598 (Cic. de prov. consul. 19, et pro Sexto 15) *ne auguria caperentur, neque obnuntiarentur cum lex fereretur. Non ideo ex generibus, vel ex divitiis sumebantur his comitiis suffragia, sed unusquisque civis, dives, vel capite censitus, suffragium ferebat. Leges ideo vel Curiatae, vel Centuriatae, vel Tribuniciae dictae sunt, ex comitiorum genere.*

(2) *Cum rigida sententia de aere alieno nemini remittendo semper vicerit, primum P. Valerius Publicola legem rogaverat anno* 245, *ut etiam pecuniaria mulcta damnatis ad populum provocare liceret, et Leges Valeriae et Horatiae centuriatae jussae sunt ad plebis defensionem. Sed plebs saevitiae foeneratorum impatiens, cum egeni in servitutem ducti immaniter cruciarentur, a.* 260 *jam duos, vel quinque Tribunos obtinuerat, suum ordinem defensuros, quippe qui sacrosancti, seu inviolabiles forent, patriciis interdicto ne eorum conciones interciperent. Hi autem plebis scita rogare ceperunt. Sed cum plebs rata habere Senatusconsulta recusasset, Senatus autem plebis scitis auctoritatem pernegasset, tanta orta est confusio, ut a.* 415, *Lex Publilia jussa sit, ut quidquid interrogante Senatorio Magistratu et plebe suffragante scitum esset, id legis vim obtineret,* Fest. Verb. Scitum, *quod diligentius inculcatum lege Hortensia a.* 465, *etiamsi Plebejus Magistratus rogasset, addito tamen ex Lege Moenia a.* 467, *dummodo antea Patres probassent ea, quae plebs esset jussura, quod* Pighius Annal. Rom. a. 466 *testatus est, et postea ex* Cic. de repub. *in compertum venit.*

tribù, o nel far legge, o nelle elezioni dei Magistrati plebei, cioè Tribuni, o Edili. Da ogni tribù si raccoglievano nella nuova maniera di comizii due voti, uno dei seniori, l'altro dei giovani: e vi ha chi dice che i Patrizii nella Tribù rispettiva dassero un terzo voto; ma io nol trovo: anzi dirò che i Senatori non degnavano intervenire a cotesti comizii. Cresciuto il popolo, e diffuso fuori di Roma, le Tribù da tre salirono a 35, e si volle che i comizii si tenessero in un giorno di mercato, e si facesse sapere di che si avesse a trattare, affinchè intervisse il contado. E perchè gli Auguri non avessero a sciogliere l'adunanza simulando inopinato sinistro augurio, la legge Ogluuia nell'anno 454 (*Liv. X*, 6) aggiunse quattro Sacerdoti, e cinque Auguri plebei, e e poscia la legge Elia dell'anno 598 (*Cic. de prov. consul.* 19. *e nella dif. di Sesto* 15) proibì si osservassero, o riferissero pronostici, dopo aperto il comizio. Non più adunque per genere, o per ricchezze, ma per testa, ricco, e povero era chiamato a dar voto dalla sua dimora, regione, o Tribù, e leggi vi furono o curiate, o centuriate, o tribunizie, secondo la maniera del comizio.

(2) Non volendosi mai rallentare il rigore contro i debitori, dapprima Valerio Publicola nel 245 di Roma fece stanziare, che ognuno potesse appellare al popolo anche da condanna pecuniaria; poi leggi Valerie, ed Orazie centuriate si fecero per difendere poveri plebei. Ma questi impazienti delle sevizie dei creditori, che rendendoli schiavi crudelmente li trattavano, ebbero nell'anno 260 due, o cinque tribuni a difensori del loro ordine, inviolabili, o sanciti, vietato ai Senatori interrompere loro aringhe. Presero per tanto i Tribuni a convocare la plebe per interrogarla, e quindi cominciarono i plebisciti: ma i Senatori negavano autorità a deliberazioni di plebe, e i plebei negavano obbedienza ai Senatoconsulti, e nacque tanta confusione, che nell'anno 415 fu fatta legge detta Publilia, che tutti star dovessero a quanto la plebe avesse deliberato sulla proposta di un Magistrato patrizio (*Festo V. Scitum*), la quale fu con diligenza maggiore inculcata per altra legge Ortensia dell'anno 465, con cui fu dichiarato, che la deliberazione valesse, quand'anche proposta da Magistrato plebeo. Disposo per altro la legge Menia, che il Senato avesse in precedenza ad autorizzare la proposta, locchè chiariva il Pighio nei suoi Annali anno 466, e dopo si è veduto nella Repubblica di Cicerone.

(3) *Cum vero vix plebs suffragia ferret tum in plebiscita, tum in leges tributis comitiis rogatas, a quibus se abstinebant patricii*, Liv. III, 55, *ideo Plebiscita, et Leges Tribuniciae omnimodo exaequatae sunt, et ita intelligendum puto quod legitur* Instit. I, 2. 2.

---

§. 4. « Senatus consultum (1) est quod Senatus jubet, atque constituit (2); idque legis vim (3) obtinet quamvis fuerit quaesitum (4). »

---

(1) *Confer Instit. h. tit.* §. 5.

(2) *Senatum auctoritate jubendi antiquiori aevo potitum Theophilus asserit, et Gajus probat. Non enim mirum si vel ex urgentia, vel ne status arcana divulgarentur, Senatus sibi retulit potestatem reipublicae consulendae, quae tamen temperata fuit, indicta Tribunis vetandi facultate.* Dionys. XI, 54. Liv. IIII, 6. *Itaque et olim Senatusconsulta juris fontes fuere. Cum vero Tiberius Imp. legislatoriam potestatem ab foro in Senatum, Principi omnino obnoxium, transtulisset*, Tacit. An. I, 15. Sveton. Tib. 30, *Senatusconsulta pro legibus omnino haberi coeperunt. Cumque Princeps vel ore, vel per epistolam, quam Consul, vel Quaestor, huic delectus officio, ferebat, jus condendum rogasset, ideo saepe Senatusconsulta Principis orationes, vel epistolae appellata sunt, et tandem, prout infra dicemus, leges regiae.*

(3) *Aliqui in textum legi* auctoritatem *contendunt.*

(4) *Eadem locutione usus est Gajus, Com.* 2. §. 236, *et sensus est, quamvis ex singulari supplicatione deliberatio orta esset.*

---

§. 5. « Constitutio Principis (1) est quod Imperator (2) decreto (3), vel edicto (4), vel epistola (5) constituit, nec unquam dubitatum est, quin id legis vim obtineat, cum ipse Imperator per legem (6) imperium accipiat. »

---

(3) Or siccome la sola plebe votava tanto i plebisciti, quanto le leggi per tribù, astenendosi da comizi di tal fatta i senatori, come dice *Livio III*, 55, così non fu più inferiore il plebiscito alla legge, e a questa maniera io intendo *le Istituzioni I*, 2. 2.

---

§. 4. « *Senatoconsulto* (1) *è la provvigione presa dal Senato* (2), *la quale ha forza* (3) *di legge, abbenchè fatta a privata istanza* (4). »

---

(1) Sono conformi le *Istit. I*, 2. 5.

(2) Anche Teofilo riconobbe che il Senato avea questa autorità fino da antichissimo tempo, e Gajo ciò conferma. In fatti non farà maraviglia che il Senato, o attesa l' urgenza, o per tener celati i segreti dello stato, usasse provvedere da sè, a che però fece argine il veto consentito a' Tribuni delle plebe. *Dionis. XI*, 54. *Liv. IV*, 6. Quindi il Senatoconsulto faceva anche nei primi tempi parte della Legislazione. Ma dopo che Tiberio trasferì il potere Legislativo dal Foro nel Senato a lui ligio, (*Tacit. Ann. I*, 15. *Sveton. Tib.* 30) i Senatoconsulti si ebbero per leggi. E poichè il Principe o verbalmente, o per sua lettera recata al senato o da un Console, o da Questore a quest' ufficio eletto, faceva la proposta al Senato, così i Senatoconsulti furono detti orazioni o lettere dei Principi, e da ultimo, come diremo, leggi Regie.

(3) Secondo alcuni si avrebbe da leggere *autorità* invece di *forza*.

(4) Gajo anche nel Comm. 2. §. 236 usa la frase stessa, e il senso è che la provvigione si fosse presa anco a privata istanza.

---

§. 5. « *Costituzione del Principe* (1) *è quella che l' Imperatore* (2) *o per decreto* (3), *o per editto* (4), *o per lettera* (5) *stabilisce, ed è indubitato che ciò tien luogo di legge, poichè il Principe già per legge* (6) *consegue l' Imperio.* »

Digitized by Google

(1) *Confer* Instit. h. tit. §. 6.

(2) *Imperator summo pontificatui advectus, tribunicia sanctione incolumis, legiones imperio regens, Reipublicae Princeps salutatus, summa pollebat auctoritate.*

(3) *Decretum dicebatur decisio inter partes, causaque cognita, prolatum.*

(4) *Edictum dicebatur Principis statutum ab omnibus servandum, veluti omnibus indictum. Exempla sunt quod de militari testamento, omni jure soluto, constituit Augustus, perpetuo indulgens, quod avunculus suis Legionibus dictatoria potestate concessit, item quae vel Claudio referuntur,* L. 1. C. de latina lib. toll., *vel Trajano* L. 1. pr. et §. 4. ff., *nec non* Instit. §. 4 de success. libert., *vel Marco* L. 3. Cod. si advers. Fisc., *vel Domitiano* L. 2. §. 1. ff. de cust. et exhib. reor., *vel Hadriano* L. ult. Cod. de edict. D. Hadriani toll.

(5) *Epistolae Principis proprius erant mandata, seu rescripta missa Provinciarum Rectoribus, ex eorum, vel ex privatorum postulatione, quaeque vim legis obtinebant si ab omnibus observari Princeps jussisset, alias negotia, vel personas non egrediebantur, pro quibus expedita fuissent.*

(6) *Quaenam sit haec lex imperii magis contenditur. Profecto de eadem loquuti sunt etiam* Ulp. L. 1. pr. ff. de constit. Princ., *et* Tribon. Instit. §. 6. h. tit. *Utique Reges divisis legibus eligebantur, et instituebantur imperio, prout* Cic. de repub. II, 13. 17. 18. 20. *Sed Tarquinio expulso, Leges per antea factae antiquatae sunt, et Lex Valeria capite plecti statuit qui regiam potestatem affectasset. Octavianus a. U. C.* 717, *(militia donis, populo larga annona, et spectaculis, fere omnibus aliis pacis otio corruptis) rogante Manucio Planco, plaudente plebe, et Senatoribus, Augusti nomen, et imperium adeptus est.* Tac. An. I, 2 et II, 28. Dion. Cass. LII, 15 et LIII, 16. 17.

Sed non ideo comitia intermissa fuerunt, aut respublica regni formam sumpsit, quin imo Augustus callido animo magistratuum nomina asservavit, ut nihil usquam prisci et integri moris mutatum videretur, et permulta publice deliberanda proposuit, ut si quid alicui displiceret, id prius compertum corrigi posset. Dion. Cass. LIII. Liv. LIII, 21. *Ipse ideo comitiis curiatis apud Pontifices Agrippam, et Tiberium arrogavit, et eo imperante comitiis tributis rogatae sunt Leges* Juliae (a) *de ambitu* (b), *de adulteriis* (c), *de maritandis ordinibus* (d), *de vigesima hereditatum, aut legatorum, referenda in aerarium militare, exceptis maxime propinquis, et pau-*

(1) Vedi *Instit.* §. 6, sotto questa rubrica.

(2) L'Imperatore fatte Pontefice Massimo, inviolabile come Tribuno, comandante supreme delle legioni, e riconosciuto Principe, si arrogò il sommo potere.

(3) Ciò che il Principe a causa conosciuta decideva fra contendenti dicevasi Decreto.

(4) Dicevasi Editto le Statuto del Principe fatto per tutti, e ne sono esempi quelle di Augusto, che in perpetuo sciolse il testamento militare da tutte le forme, siccome per dittatoria autorità lo Zio avea consentito a'suoi soldati; quelli che si attribuiscono, a Claudio nella *Leg.* 1. *Cod. de Latina libertate toll.*, a Trajano *L.* 1. *in pr. et* §. 4. *ff.* e nelle *Instit.* §. 4. *de succes. libertor.*, a Marco nella *L.* 3. *Cod. si adv. fisc.*, a Domiziano nella *L.* 2. §. 1. *ff. de cust. et exhib. reor.*, ad Adriano nella *L. ult. Cod. de edict. D. Adr. toll.*

(5) Diceansi lettere i mandati o rescritti spediti a' Rettori delle Province, o a loro inchiesta, e a petizione privata; e questi aveano valor di legge se il Principe l'ordinava, altrimenti valevano solo pel negozio esposto, o per la persona del postulante.

(6) Qual fosse cotesta legge delle imperio fu disputato assai. Per certo ne parlarono anche Ulpiano *L.* 1. *pr. ff. de constit. Principum*, e Tribeniano nelle *Istit.* §. 6. sotto questa rubrica. *Cicerone de repub. II*, 13. 17. 18. 20. avea parlato delle leggi, colle quali i Re prima erano eletti, poi istituiti. Ma espulse Tarquinie furono abolite le leggi fatte al tempo dei Re, e la L. Valeria volle morto chi aspirasse a regia podestà. Nell' anno 727 Ottaviano, che avea già corrotto la milizia coi donativi, la plebe coll' annona e gli spettacoli, e quasi tutti gli altri coll' ozio della pace, a proposta di Manucio Planco, e per acclamazione universale prese col nome di Augusto il sommo Impero; *Tac. An. I*, e *III*, 28. *Dion. Cass. LII*, 15. e *LIII*, 16 e 17.

Ma non perciò furono dismessi i comizi popolari, e la Repubblica prese le sembianze di Monarchia. Imperocchè lo stesso Augusto astutamente conservò i nomi degli antichi Magistrati, affinchè dello antico stato nulla paresse cangiato, e propose molte cose alla popolare approvazione, onde potesse correggersi ciò che non paresse accettevole. *Dion. Cass. LIII*, *Liv. LIII*, 21. E diffatto per comizi curiati, e coll' autorità dei Pontefici, adottò Agrippa e Tiberio, e per tribunici comizi fece approvare le leggi Giulie (*a*) sul breglie per le cariche (*b*), sugli adulterii (*c*) sugli ordini matrimoniali (*d*), sul cinque per cento delle eredità e

peribus (e), *de majestate* (f), *de sacrilegio* (g), *de peculatu* (h) *de residuis* (i), *de annona* (l) *de vi* (m), *de judiciis publicis, et privatis* (n) *sumptuaria* (o), *de cessione bonorum; item* Junia Valeria *de posthumis instituendis*, Mensia *de deteriori conditione ejus qui ex alterutro non cive ortum duxisset*, Petronia *ne servi pro lubitu ad bestias depugnandas traderentur*, Junia Petronia *ut si dissonantium Judicum sententiae pares haberentur, pro libertate pronunciatum intelligeretur*, Quintia *ne aquarum cursus turbaretur*, Aelia Sentia *de forma, et conditionibus manumissionum*, Fusia Caninia *de numero servorum, quibus libertas testamento daretur*, Pappia Poppeja *nuptialis, vel potius caducaria pro augendo aerario, et forsitan aliae.*

Neque ipse Tiberius comitia penitus sustulit, immo quandoquidem tolleravit vel pro magistratibus eligendis, vel pro aliqua lege jubenda, veluti Junia Norbana, *ut servus non solemniter, nec juste manumissus latinus fieret,* Vitelia *qua Vigilibus latinis, sexto anno expleto, romana civitas indulta fuit, et altera ejusdem nominis, qua libertinis prohibitum quominus peragerent ea, quae ingenuis pertinerent.*

Testatur Dion. Cass. LIX, 9, *Caligulam populo, plebique reddidisse comitia, et postea sustulisse, ut omnia sicuti Tiberio imperante ordinata essent. Sed ex Taciti testatione Nero ex lege in Claudios transivit, et ex ejusdem sententia* Histor. I, 15 *Galba, manu Pisonis in suam conserta, ita loquutus est* — Si te privatus lege curiata apud Pontifices, ut moris est, adoptarem etc. — *Dicendum ideo Senatum, vix Vitelio in gemonias dejecto, Vespasianum non solum ex ejus suffragio, sed etiam ex lege curiata institui voluisse imperio, ut omnia regeret.*

Legebatur enim haec institutio duabus aeneis tabulis, quarum una deperdita est, sed altera Romae reperta a. 1342, *Capitolium translata fuit a.* 1576 *jussu Gregorii XIII. Hujusce autem tenor reperitur apud* Gruter. pag. 567, *et* Orell. T. 1. pag. 567, *et de eo libellum edidit Leopold. Metastas, Romae* 1757, *sub titulo* de Lege Regia, seu de Tabula Capitolina.

Mirandum propterea non est ea in tabula sanctionem reperiri — EX LEGE, PLEBISVE SCITU. — Enimvero, prout optime interpretatus est Rupertus in suo excursu (Classic. Lutetiae Paris. edit. T. 5. pag. 19),

Digitized by Google

dei legati da versarsi nell' erario militare, dispensati soltanto gli stretti congiunti ed i poveri (*e*), sull' offesa Maestà (*f*), sul sacrilegio (*g*), sul peculato, (*h*) sui residui dovuti da fiscali amministratori (*i*), sull' annona (*l*), sulla violenza (*m*), sui giudizi pubblici e privati (*n*), sullo spendere eccessivo (*o*), sulla cessione dei beni, e così pure la Giunia Valeria sull' istituzione dei postumi, la Mensia sulla condizione inferiore di chi fra genitori non avesse un cittadino, la Petronia vietante si esponesse servo per puro diletto a combatter fiere, la Ginnia Petronia che in parità di voti si tenesse giudicata la libertà, la Quinzia affinchè non fosse turbato il corso delle acque, la Elia Senzia sui modi e condizioni per manumettere schiavi, la Fusia Caninia, che restrinse il numero dei servi liberabili per testamento, la Pappia Poppea sulle nozze, o meglio per arricchire di caducità il fisco, e forse altre.

E nè anche Tiberio abolì affatto i comizi, ma talvolta li permise o per eleggere Magistrati, o per sancire alcuna legge, come una Giunia Nerbana, che consentì fosse almeno latino il servo manumesso senza le prescritte forme o condizioni, una Viselia, che conferì ai Vigili latini, dopo sei anni di servizio, la Romana cittadinanza, e l' altra dello stesso nome, che proibì a'libertini ciò che appartenesse agli ingenui.

Attesta d' altronde *Dion. LIX*, 9 che Caligola da prima diè voce di restituire al popolo e alla plebe i comizi, ma poi non li permise, affine che le cose stassero sul piede di Tiberio. Non però furono del tutto aboliti i comizi, chè almeno rimasero i curiati, leggendosi in Tacito che Nerone per legge entrò nei Claudii, e nello di lui *Istor. I*, 15 che Galba così parlasse a Pisone, presolo per mano: *Se io come privato ti adottassi con una legge curiata presieduta da' Pontefici come si usa.* Dicasi adunque che il Senato appena Vitelio fu gettato alle gemonie volle non solo col suo suffragio, ma anche per legge curiata istituito Vespasiano nell' imperio, dandogli balia di tutto reggere, e governare.

Diffatto questa istituzione leggevasi in due tavole di bronzo, una sperduta, ma rinvenuta l' altra in Roma nell' anno 1342, e trasportata al Campidoglio nell' anno 1576, per ordine di Gregorio XIII, il cui tenore può vedersi in *Grutere pag.* 567, e nell' *Orel. tom.* 1. *pag.* 567; e Leopoldo Metastasio ne fece dissertazione pubblicata in Roma nel 1757, intitolata *de Lege Regia seu de Tab. Capitol.*

Non è però a maravigliare che in questa tavola si legga questa sanzione — EX LEGE, PLEBISVE SCITU — poichè, come ottimamente dice anche Roberto nel suo *Excursus*, edizione parigina dei Clas-

si Senatus confirmari curavit jussum suum ex lege curiata, etiamsi hoc factum sit more solito, nempe ut vix Lictores insignia ferentes pro curiis comitio interfuissent, nihilosecius haec fuit sanctio, vel lex regia de qua quaeritur. Post vero Vespasianum Imperatores Senatu jubente institutos fuisse non est ambigendum, quum Eutorpius (ut optime animadvertit Hortolanus Vir Cl.) notasset Maximinum ex corpore militari primum ad imperium accessisse sola militum voluntate, absque Senatus auctoritate.

En vero institutio imperii, de qua loquuti sunt Gajus, nec non Ulpianus, et Tribonianus, cujusve meminit Imp. Alexander L. 3. Cod. de test. *et post quam, praesertim sub Antoninis, etiam Senatusconsulta appellari ceperunt Principum edicta, vel leges Regiae, ad instar illarum, quae Regibus imperantibus indicebantur, quaeque et nunc leges Regiae nuncupantur.*

---

§. 6. « Jus autem edicendi habent Magistratus populi Romani (1). Sed amplissimum jus est in edictis duorum Praetorum, urbani, et peregrini (2): quorum in provinciis jurisdictionem Praesides earum habent; item in edictis Aedilium curulium: quorum jurisdictionem in provinciis populi Romani Quaestores habent; nam in provincias Caesaris omnino Quaestores non mittuntur, et ob id hoc edictum in his Provinciis non proponitur (3). »

---

(1) *Confer* §. 7. Instit. h. t. *Magistratus de rebus ab eis curandis, vel auspicandis edicebant, non pro lubitu, sed ex interpretatione civilis juris, aut ex aequitate, vel pro bono publico. Edicere autem tenebantur in albo, scilicet tabulis quernis albo colore indutis. Cum vero Aediles curules foro annonario, et nundinis praeessent, de contrahentium fide eos edixisse non est mirum. Cumque Praetori, prout olim Regibus et deinde Consulibus, munus esset jus dicere, leges et mores custodire, et his silentibus, de bono et aequo, vel ad exemplum suppeditare, facile intelligitur quo jure ausi sint leges interpretari, perstringere, vel protrahere. Enimvero (et e. g.) postquam lex Laetoria, seu Plectoria, rogata a. 190, denegavit legis actiones*

sici tom. 5, pag. 49, sebbene si facesse fare un comizio a quella maniera, a cui cioè intervenissero, come usavasi, appena i Littori colle insegne delle Curie, nondimeno questa fu la legge regia che cerchiamo. Dopo Vespasiano però gli Imperatori furono istituiti dal Senato, tanto che Eutropio (come giudiziosamente avverte il chiarissimo Ortolan) notò per singolarità, che Massimino fu il primo che assunse l' impero per volere della milizia senza autorità del Senato.

Dopo però siffatta senatoria istituzione, della quale qui Gajo parla, e cui Ulpiano o Triboniano rammentarono, e che fu altresì ricordata dall' Imperatore Alessandro nella *L.* 3. *Cod. de Testam.* non di rado anco i Senatoconsulti (segnatamente sotto gli Antonini) cominciaronsi a chiamare Editti o Leggi Regie, a somiglianza delle Leggi fatte sotto i Re, le quali dicevansi, e diconsi tutt' ora Regie Leggi.

---

§. 6. « *Possono farsi editti da quei Magistrati del popolo Romano, che ne hanno facoltà* (1). *Ma somma è l' autorità degli editti dei due Pretori urbano e forestiero* (2) *la cui giurisdizione nelle province hanno i Presidi, o quelli degli Edili Curuli, la cui giurisdizione nelle province del popolo Romano spetta a' Questori; e poichè non si mandano Questori nelle province di Cesare, in esse questo editto non si propone* (3).

Vedi *Istit.* §. 7. *in q. T.* I Magistrati facevano Editti sulle cose da essi curate o sopravvedute, non però a capriccio, ma secondo il diritto civile, l' equità, o il ben pubblico. Dovcano però far scrivere il loro Editto nell' albo, cioè in tavole di quercia colorita in bianco. E poichè gli Edili Curuli presiedevano al foro annonario, ed a' mercati, non è a maravigliare che facessero editti per tenere in fede i contraenti. Ma siccome al Pretore, come anticamente ai Re, e poscia a Consoli spettava dire il gius, e custodire le leggi e costumanze, e nel silenzio di queste sopperire coll' equità, o ad esempio, niuno maraviglierà che i Pretori mettesser mano a interpretare, restringere, ampliare, o correggere il ri-

Digitized by Google

adversus minores a. XXV, ex Praetoriis edictis non ab re fuerunt restitutionee in integrum inductae; cumque hereditates quandoquidem injuria denegarentur a jure civili, Praetoree bonorum defuncti possessionem vel ab intestato, aut contra vel eecundum tabulas optima ex aequitate impartiri ceperunt. Cio. de iuv. II, 22. *Etiam Tribuni Plebie de appellationibus edixisee fertur,* Cic. Verr. II, 41. Liv. XXXXII, 32. *Censores item, cum censui, civiumque disciplinae, et operibus publicis praecesent, multa edixerunt, eorumque edicta leges ceneoriae dicta eunt. Quaestores et ipsi, qui aevario tum civili, tum militari, et tabulario incumbebant, proprio jure edixerunt. Pompônius autem* d. L. 2. ff. de O. J. §. 28 *et segg. deeem et oeto Magistratuum edicentium species enumeravit.*

Sed Edictie robur deficiebat termino elapeo Edicentie imperii. Suceessores tamen edicta praedecessorum plerumque confirmarunt, et ideo non nulla edicta perpetua, et translatitia facta eunt, et vel ex subjectu, vel ex nomine edicentis nomen habuerunt, veluti successorium, *et illud* de alterutro, *et* carbonianum, *et actionee ex his introductae ad nostrum aevum usque perductae eunt, veluti* Salvianum interdictum, *et actiones* Publiciana, Serviana, Pauliana etc.

(2) *Anno* 507 *U. C. prout* Lydus do Magistr. I, 45, *aut a.* 510 *prout reperio in* Liv. Epit. XIX, *primum adlectus est Praetor Peregrinus, vel ob magnam perigrinorum Romae frequentiam, ut egregie dixit Pomponius* d. L. 2. §. 28, *vel quia unus Praetor non eufficeret, vel ne peregrini patronatus necessitate afficerentur, et patriciorum potentia, hoc patrocinio eublato, decresceret, sicuti excogitavit Niebhurius. An vero Praetor Peregrinus honoraria jurisdictione uteretur, et ediceret, vel non, contenditur. Negat nempe Hotomanus, adfirmat Sigonius; huic tamen aecedo tuto animo, me ducente Theophilo* Instit. b. t., *qui ait* datum jus legis ferendae Praetori Urbano, et Peregrino. *Sed illum huic dignitate praestantiorem fuisse patet ex contentioue inter Brutum, et Cassium, quam* Appianus de bell. civ. II, *et* Dion. lib. XXXXII *referunt, et memorat* Cic. Pro Murena. *Peregrinus autem Praetor non eolum inter peregrinoe, prout Pomponius ambigue dixit, sed et inter Romanoe et peregrinos dicebat jus, prout ex* cit. Liv. epit. et ex ejus lib. 22 nec non et alibi, *non autem ex jure civili, sed ex gentium jure. Alii dein Praetores, turba Romae increscente, adlecti, vel ut de criminibus cognoscerent, vel de fideicommissis arbitrarentur, quatuor insuper additis pro quibusdam provinciis regun-*

Digitized by Google

gore delle leggi. Così mentre la legge Lettoria o Plettoria, deliberata l'anno 190, avea negato azione giuridica contro i minori di anni 25, i Pretori impartirono le restituzioni in intero. E del pari negandosi dal diritto civile contro onestà ad alcuni conseguire l'eredità del parente, i Pretori per equità impartirono il possesso dei beni del defunto o ab intestato, e non solo secondo il testamento, ma anche contro. *Cic. de invent. II*, 22. Dicono che anche i Tribuni facessero editti sulle appellazioni; *Cic. Ver. II*, 41. *Liv. XLII*, 32. I Censori, che curavano il censo, l'onestà dei costumi, e le opere pubbliche, fecero molti editti, che furon detti leggi censorie. Gli stessi Questori, che attendevano all'erario civile, e militare, o all'archivio, fecero editti sui diritti fiscali; e Pomponio nella più volte citata *L.* 2. §. 28 *e seg.* enumerò ben diciotto Magistrature, che davano fuori editti.

Ma editti siffatti perdevano valore, terminata l'annovale autorità di chi li faceva. Se non che sendo solito il successore a confirmare gli editti del predecessore, alcuni editti si mantennero anche in voce di popolo, o pel loro obbietto, o pel nome di chi li fece, come l'editto successorio, quello della alternativa, il Carboniano, e alcune azioni così introdotte sono anco a' nostri dì ricordate, come l'interdetto Salviano, l'azione Publiciana, e la Serviana.

(2) Nell'anno di Roma 507 come trovo nel *Lydus de Magistr. I*, 45, o nell'anno 510, come nel compendio di T. Livio XIX, fu per la prima volta eletto il Pretore forestiero, o per la grande frequenza dei forestieri in Roma, come disse Pomponio *d. L.* 2. §. 28, o perchè un Pretore non bastasse, ovvero affinchè liberando i forestieri dal bisogno di un patrono, si abbassasse l'orgoglio patrizio, come pensò il Niebbur. Se però questo Pretore usasse onoraria giurisdizione, e facesse editti o no, è contesa, negandolo l'Hotomano, affermandolo il Sigonio; ma io mi tengo a quest'ultimo di buon animo, avendo a scorta Teofilo, che nelle Istituzioni in questo titolo dice dato dritto di far legge al Pretore urbano e forestiero. Che la dignità però dell'urbano prevalesse a quella del forestiero, rilevasi dalla contesa fra Bruto e Cassio memorata da Appiano *de Bel. Civ. II*, da *Dione lib. XXXXII* e da *Cic. pro Muren.* Il Pretore straniero per altro non facea ragione solo fra peregrini, ma ben anche fra Romano e straniero, locchè Pomponio non fece intendere, ma risulta dal citato *Ristretto di Livio*, e dalla sua *Storia lib. XXII*, e altrove. Ei però giudicava sempre non col diritto civile, ma con quello delle genti. Altri Pretori appresso furono eletti, accrescendosi in Roma il po-

dis. Alter tandem creatus est ex Nervae institutione, ut jus diceret inter privatos et fiscum, et alter ex Marci jussu ut sedula diligentia tutores daret, et horum satisdationes inspiceret.

Cumque edictorum copia summopere excrevisset, Hadriani providentia Salvianus Julianus in unum redegit, perpetuo valiturum, et divisum in Urbicum, et Provinciale, quod ex Principis probatione Edictum perpetuum, vel antonomastice Edictum appellatum est.

(3) *Provinciis olim mittebantur Proconsules, vel Praetores, item Quaestores, quibus Aedilium potestas decernebatur. Divisis vero Provinciis ut aliae Caesaris Fisco, aliae reipublicae aerario suppeditarent, illis Legati vel Caesaris procuratores, et his antiqui mittebantur magistratus. Sed ab Imperatoribus et alii Magistratus Romae creati, per antea ignoti, veluti Praefectus Praetorii, Praefectus Urbis, Praefectus Vigilum.*

---

§. 7. « Responsa prudentium (1) sunt sententiae, et opiniones eorum, quibus permissum est jura condere (2), quorum omnium si in unum sententiae concurrant, id quod ita sentiunt legis vicem obtinet: si vero dissentiant, judici licet quam velit sententiam sequi. »

---

(1) *Confer* Inst. §. 8. h. t. *et* L. 2. §. ult. ff. de O. J. *Antiquiores prudentes, ut rigidum jus aequitati, et rationi componerent, novos invenerunt ritus, veluti testamentum per aes et libram: aliaque sustulerunt, veluti donationes inter conjuges: quaedam novis induerunt formulis, veluti Aquillianas stipulationes, et Posthumorum institutiones: actiones novas induxerunt, sicuti inofficiosi quaerelam: quaedam facilia reddiderunt, veluti legatorum, sub negativa conditione relictorum, praestationem per Mucianam cautionem: Edicta protulerunt, prout Edictum de vitiosis mannis venditis ad praedia obnoxia, et alia interpretati sunt, de quibus suis locis. Nec aliter fecerunt Bononienses Doctores, eum*

polo, o per le cause criminali, e per eseguire i fedecommessi, e quattro ne furono aggiunti a reggere alcune provincie. Altro finalmente ne fu creato per disposizione di Nerva a determinare il dritto fra privato e fisco, e altro fu istituito da Marco, affinchè diligentemente attendesse a dar tutori, e ad esplorarne le cauzioni.

Cresciuta però smodatamente la quantità degli Editti, Salviano Giuliano per comando di Adriano li riordinò in un solo, e da durare in perpetuo, il quale fu diviso in urbano e provinciale; e poichè fu confermato per autorità del Principe, fu anche detto editto perpetuo, o editto per antonomasia.

(3) Nelle province mandavansi anticamente Proconsoli o Pretori, non che Legati e Questori, i quali tenevano ufficio di Edili. Divise però le province, affinchè altre sopperissero al Fisco Cesareo, e altre all' erario pubblico: alle prime spedironsi Procuratori di Cesare, e alle seconde i soliti Magistrati. Gl' Imperatori però istituirono nuove Magistrature in Roma, e furono il Prefetto del Pretorio, il Prefetto di Roma, il Perfetto dei Vigili.

---

§. 7. « *Responsi de' prudenti diconsi le sentenze, e le opinioni di coloro a' quali sia permesso far legge* (1), *e se questi convengano, ciò che sentono è come legge, ma se dissentano è lecito al Giudice tenere la sentenza che egli creda migliore* (2). »

---

(1) Vedere il §. 8. *Istit. P. T.* e la *L.* 2. §. *ult. ff. de O. J.* Già accennammo che i Giureconsulti più antichi, a temperare la rigidezza del diritto colla ragione, e l' equità, trovarono nuovi riti, come il testamento da farsi usando rame e bilancia; altre cose mostraron vietate, come le donazioni fra conjugi; introdussero nuove formole, come la stipulazione Aquiliana, e l' istituzione dei postumi; inventarono nuove azioni, come la querela dell' inofficioso; altro facilitarono, come la prestazione del legato lasciato sotto negativa condizione mediante la cauzione Muciana: dier estensione agli Editti, applicando per esempio alla vendita degli stabili gravati ciò che gli Edili disposero sulla ven-

denuo Romanum jus Europam docuerunt, Martinus scilicet, Buttrigarius, Azzo et alii.

Sed horum, prout illorum dictata juris auctoritatem assequuta sunt ex rerum judicatarum confirmatione, ex quo Cic. top. 17, et de Orat. I, 57 *inter ceteros juris fontes etiam res judicatas adnumeravit. Sicque enim ex centumvirali sententia inofficiosi quaerela ab jurisperitis inventa juri civili accessit.*

Jam notavimus, Servio Tullo regnante, Papirium formulas juris actionum propalasse, et a. 450 Cneum Flavium, libertini filium, et Appii Claudii Caeci Pontificis M. scribam, de his librum divulgasse, una cum fastorum dierum elenco, ut unusquisque sciret quando sua negotia perageret, et quibus diebus ei forum adire liceret.

Post eos Sextus Aelius, qui et ipse non tantum Aedilis fuit, sed a. 553 *consulatum adeptus est, fuitque Censor, laudatusque ab Ennio tamquam homo egregie cordatus, novum librum edidit, quem* Tripartita *nuncupavit* (L. 2. §. 38. de O. J.), *eoque primum XII Tab. legum tenorem retulit, secundo eas commentariis illustravit, tertio novas formulas post Flavium invectas, et aeque elanculo absconditas, vixque per siglas in sacerdotali penetrale expressas, divulgavit.*

En igitur jam priscis temporibus ex Jurisconsultorum solertia in lucem prodita tria juris volumina, nempe jus Papirianum, jus Flavianum, et Aelianum jus

Sed Gajus noster loquitur de Jurisconsultis, quibus jura condere permissum, de quibus et Tribonianus loquutus est Instit. §. 18. h. t. *Ait ergo Pomponius* d. L. 2. §. 47, *Augustum,* ut major juris auctoritas haberetur, *vel die ut majorem sibi juris auctoritatem addiceret, constituisse ut aliqui clariores Jurisperiti ex ejus jurisdictione postulatoribus responderent, et illo tempore hoc pro beneficio exposci consuevisse, quapropter et Tiberium Sabino respondendi facultatem indulsisse. Sed Hadrianus Visri Praetoriis id petentibus rescripsit, hoc non peti, sed praestari, scilicet merentibus: se autem delectari, si quis sui fiduciam haberet, ei respondere. Id vero quomodocumque concedi ex Gaii testimonio constat: qua de re Caracalla cum a Papiniano petiisset ut fratris necem inculpabilem diceret, eum trucidavit respondentem, facilius patrari, quam facinus tam enorme excusari.*

Non tamen praetereundum ex Mecenatis consilio Augustum duas Ro-

Digitized by Google

dita degli animali viziosi, o fecero altre interpretazioni da vedere a suo luogo. Così pur fecero i Giureconsulti Bolognesi, quando di nuovo posero innanzi all'Europa il Romano dritto, Martino, Buttrigario, Azzone, e altri.

Ma i dettati degli antichi e de' nuovi maestri ebber valore dalla autorità dei giudicati, onde Cicerone nei *topici* 17 *e nel primo de Orat. N.* 57, annoverò anco i giudicati fra le fonti del diritto. Ed infatti fu per giudicato de' Centumviri che la querela del testamento inofficioso, trovata da giureconsulti, divenne un' appendice del diritto civile.

Abbiamo pur detto che sotto il regno di Servio Tullo un Papirio raccolse le leggi di Numa, o quelle di tutti i Re, e che nell' anno 450 Gneo Flavio, figlio di un libertino, e cancelliere di Appio Claudio Ceco, divulgò le formole, e l' elenco dei giorni fasti, affinchè ognun sapesse quando poteva far affari, o andare in giudizio.

Ma appresso, anche Sesto Elio, egli pure Edile poi Console nell' a. 553, e finalmente Censore, sommamente lodato per uomo cordiale da Ennio, pubblicò un altro libro. Questo fu detto *Tripartita* (*L.* 2. §. 38. *ff. de O. J.*), poichè in primo luogo ei vi trascrisse il tenore delle dodici tavole, poi le illustrò con sue glosse, e per ultimo vi aggiunse le formole, dopo Appio inventate, e anche queste non solo nasceste, ma appena notate per sigle nei penetrali del Sacerdozio.

Ed ecco per acutezza de' Giureconsulti, e per diligenza di buoni uomini, divulgarsi già tre libri di diritto, il Papiriano, il Flaviano e l' Eliano.

Ma Gajo qui parla di quei Giureconsulti Legislatori, de' quali parlò altresì Triboniano nel §. 18 di questo titolo. Pomponio in fatti *L.* 2. §. 47. *de O. J.* rammenta che Augusto per diffondere le regole del diritto, e a dir meglio per arrogarsi maggiore autorità, stabilì che alcuni in nome suo rispondessero a' postulanti, locchè parve allora un benefizio: il perchè anco Tiberio consentì a Sabino di rispondere pubblicamente. Ma Adriano ad emeriti Pretori, che tal facoltà gli chiedevano, rescrisse non essere a domandarsi ciò che davasi a soli meritevoli, ed egli avrebbe avuto a grado di rispondere a quelli che in lui fidassero. Però la testimonianza di Gajo mette in aperto che ciò, comunque fosse, concedevasi, e sappiamo che Caracalla volea che Papiniano giudicasse incolpabile il suo fratricidio, e per avergli Papiniano risposto esser più facile il misfatto che la scusa, il fe' trucidare.

Non è però a tacersi che Augusto, suggerendolo Mecenate, istituì

mae instituisse juris scholas, alteri Labeone praeposito, et alteri Capitone, quorum primus, ex incorrupta libertate tyrannicae iniquitati infensa, Praeturam vix tulit, et ab Horatio insania notatus, sed ipsa injuria commendatior; alter vero potentioribus obsequens, tametsi sui domum vitiis dehonestasset, consulatum adeptus, sed infamia detestatior, prout Tacit. Ann. III, 75. *Juris rixae proinde ortae, quas Valascus Medilla sedulo recensuit.*

Capitonis sententias sequuti sunt Massurius Sabinus, et Cassius Longinus, unde ejus sectatores dicti Sabiniani, et Cassiani. Labeonis autem sectae dein principes fuere Proculus, Nerva, et Pegasus, unde Labeonis sectantes dicti sunt Proculejani, et Pegasiani. De his autem rixis unum afferam exemplum, quod furti actionem in uxorem dari negabant Proculus et Pegasus, sed dandam Sabinus, et Cassius contendebant. Primorum vero sententiam placuit Paulo, eamque Tribonianus probavit. L. 1. ff. de act. rer. ammot.

Sed ex Jurisconsultorum responsorum in diversa euntium multitudine tanta orta est confusio, ut Valentinianus III de hac orationem habuerit Romae a. 426 Redemptionis, cujus fragmentum extat in Cod. Theod. I. 4, *ei et Theodosio Jun. Nicomediae tunc degenti, sed imperii socio inscriptum; et proinde cautum, ut sententiis Papiniani, Pauli, Gaii, Ulpiani, Modestini, Scaevolae, Sabini, Juliani, atque Marcelli tantummodo judicio uti liceret, et si diversae, major numerus vinceret, vel si pares, illa in qua Papinianus reperiretur. Justinianus vero omnes prohibuit, falsi poena indicta, quominus leges ejus jussu enucleatas, et digestus glossarent, vel interpretarentur.* L. 2. §. 20. Cod. de vet. jur. enucl.

Digitized by Google

in Roma due scuole del diritto, preponendo all' una Labeone, all' altra Capitone; l' uno d' incorrotta lena contro tirannicho iniquità, ma salito appena a Pretura, e da Orazio cantato per matto, o appunto per l' ingiuria più commendate; l' altro adulatore de' potenti, e benchè disoneste, asceso al consolato, ma perciò più detestato, come dice Tacito nel III degli Annali n. 75. Insorsero quindi risse, che Velasco Medilla diligentemente raccolse.

Le opinioni di Capitone furono tenute da Massurio Sabino, e da Cassio Longino, onde gli aderenti di lui furon detti Sabiniani o Cassiani. Della setta di Labeone furono principali Procolo, Nerva, e Pegaso, ed i seguaci furon detti Proculeiani e Pegasiani. Riferirò un sole esempio di queste contese. Procolo e Pegaso negavano l' azione del furto contro la moglie, Sabino e Cassio volevano darla. La prima opinione piacque a Paolo, e fu approvata da Tribeniano *L.* 1. *ff. de act. rer. amot.*

Ma s' era fatta tanta copia di svariate sentenze, e ne veniva tanta confusione, che Valentiniano III nell'a. 426 dell' Era nuova ebbe a trattarne a Roma in Senato, e dal fragmento della sua orazione, inserito nel Codice Teodosiano I, 4, ed ascritto anche al collega Teodosio Juniore, benchè questi allora fosse a Nicomedia, risulta che in giudizio valessero soltanto le sentenze di Papiniano, di Paolo, di Gaje, di Ulpiano, di Modestino, di Scevola, di Sabino e di Marcello; e se questi dissentissero, preponderasse il numero, e se il numero fosse pari vincesse la parte in cui si trovasse Papiniano. Ma Giustiniano proibì a chiunque sotto pena del falso far commenti e interpretazioni alle leggi da lui riunite. *L.* 2. §. 20. *C. de veter. jur. enucl.*

Digitized by Google

TITULUS II.

De juris divisione.

§. 8. « Omne autem jus quo utimur vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones (1). Sed prius videamus de personis. »

---

(1) *Consonant* Instit. I, 2. 12 *et* L. 1. ff. de statu hom. *ex hoc loco deprompta. Optima vero triplex haec divisio est, tametsi in eam aliqui insurgant. Etenim personas esse juris subjectum, et quandoquidem objectum nemo erit inficiaturus. Aeque res, tametsi sint praecipua juris objecta, verumtamen et juris subjecta dici quodammodo possunt, si jus illis inhaerens, et connexum sit. Lis igitur superest de actionibus; ajunt enim actiones non gigni ex jure actoris, sed ex alterius inficiatione, aut objectatione, et numquam jus substantari si non adsit qui neget, vel intercipiat; alii vero actiones inter res incorporales recenseri volunt. Sed mihi videtur unusquisque suo jure uti, cum rerum suarum satagit, etiam nemine objurgante, vel intercipiente: et lege, vel jure constitui non tantum jus inter res incorporales recensitum, verum etiam constitui formulas aptas et ritus justos, quibus jus tueri possimus. Tertiae igitur juris, vel jurisprudentiae parti subjectum, vel objectum actiones sunt, cum lex harum formulas aptas jubet, cum judices dat, statuitque quinam legitimus actor vel contradictor esse valeat, et brevius cum omnia statuit, quae ad vindicandum, vel defendendum negatum, vel turbatum jus pertineant.*

Digitized by Google

TITOLO II.

Divisione del Diritto.

§. 8. « *Tutta la nostra Giurisprudenza appartiene o alle persone, o alle cose, o alle azioni* (1). *In primo luogo vedremo delle persone.* »

---

(1) Consuonano lo *Istit. I*, 2. 12, e la *L.* 1. *ff. de stat. hom.* la quale ripete questo fragmento di Gajo. Ottima è però questa triplice divisione, avvegnacchè da taluno contrastata. Senza dubbio le persone sono subbietto, o talvolta obbietto del dritto, e le cose ne sono principalissimo obbietto, ma in tal qual modo anche subbietto esse pure, se il dritto alla cosa sia inerente, o connesso. La lite pertanto si restringe alle azioni. Alcuni dicono dunque non generarsi le azioni dal nostro diritto, ma dal contrasto altrui. Anzi vorrebbero che il nostro dritto non potesse sostanziarsi senza l' altrui contrasto. Altri poi pretendono che l' azione abbia ad annoverarsi fra le cose incorporali. Ma io tengo che noi usiamo il nostro dritto anche quando facciamo i fatti nostri, senza che alcuno ci dia impaccio, e sostengo che nell'azione il gius o la legge contempla non solo quel dritto, che può annoverarsi fra le cose incorporee, ma ben la formola appropriata, o il rito giusto, per utilmente esercitarlo. La terza parte adunque del diritto, o della scienza del diritto, è quella che ha per subbietto, od obbietto le azioni, prescrivendo la formola acconcia, dando il Giudice che avrà da conoscere, determinando chi esser possa l' attore, e chi potrà essere legittimo contradditore, e quali siano i modi, e i riti da adoprarsi, e in breve quella che stabilisce tutto che a vindicare, o difendere il negato o turbato dritto si oppartenga.

TITULUS III.

De hominum diversis conditionibus.

§. 9. « Et quidem summa divisio de jure personarum haec est, quod omnes homines aut liberi sunt, aut servi (1). »

(1) *Consonant* Instit. in pr. h. t. *et* L. 3. ff. de statu hom. *ex hoc Gaii textu depromptae. Divisio haec tamen ita resumenda est, ut omnes homines vel sint personae, vel non sint. Si enim liberi sint, sunt personae, et omnia possunt praeterquam prohibita: e contra si servi sint, personae non sunt, sed res, et mancipia, et nihil peragere valent, praeterquam sibi jussa. Una vero est servorum conditio,* L. 3. ff. de statu hom., *ideoque nemo vel pro parte, vel ad tempus liber, aut servus dici potest.*

§. 10. « Rursus liberorum hominum alii Ingenui sunt, alii libertini (1). »

(1) *Concord.* Instit. §. 5. h. t. *et* L. 5. ff. de statu hom. *Ingenuorum summa haec divisio: Cives, et non cives. Cives utebantur libertate, suffragio, honore, commercio, et connubio. Sunt qui addunt testamento dare, vel accipere, quod suffragii, vel honoris juribus referendum.*

Digitized by Google

TITOLO III.

Delle svariate condizioni degli Uomini.

§. 9. « *Principalissima divisione è questa che tutti gli uomini o sono liberi, o sono servi* (1).

(1) Consuonano le Istit. nell' esordio di questo titolo, e la *Leg.* 3. *ff. de statu hom.*, tolte da questo paragrafo di Gajo. L' accennata divisione però può riassumersi in quest' altra forma, che tutti gli uomini siano, o non siano persone; imperocchè secondo il Romano dritto gli uomini liberi sono anche persone, o possono fare tutto che non sia vietato; e per contro i servi non sono persone, ma cose mancipi, e nulla possono fare, cho ad essi non sia imposto. Dei servi una sola è la condizione, *L.* 3. *ff. de stat. hom.* imperocchè niuno può essere in *parte servo in parte libero*, o temporaneamento libero e schiavo. Degli uomini liberi sono molti gli stati.

§. 10. « *In oltre gli uomini liberi sono o ingenui, o libertini* (1). »

(1) Concordano il §. 5, *Instit. p. t.* e la *L.* 5. *pr. ff. de stat. hom.* Gl' ingenui o sono cittadini, o nol sono. I Cittadini godono della libertà, del suffragio, dell' onore, del commercio, e del connubio. Alcuni vorrebbero aggiungere la facoltà di dare o ricevere per testamento: ma questa può riferirsi al suffragio, o all' onore.

Digitized by Google

Romanas libertati omnia civium jura referebantur, sed haec specialiter: ne civis torqueretur, neve plecteretur in corpore, nisi vel ad servitutem damnatus, vel manifesto crimine deprahensus, vel in jus vocatus, et non obtemperans, vel creditori addictus; vendi insuper paterfamilias non poterat, nisi vel ex aere alieno, vel ex dolo, servitutem simulaverit, ut emptor deciperetur, vel a militia, aut a censu se abstinuisset, Cic. pro Caecina. *Suffragia comitiis ferebantur a civibus, vel ut leges rogatae probarentur, aut rejicerentur, vel ut Magistratus eligerentur. Honore Magistratus vel officia civis assequebatur, vel ad militiam vocabatur. Jure commercii dominia, vel nexus super rebus quiritarii juris commutabantur ex mancipationibus, vel in jure cessionibus,* Ulp. XIX, 5. *Connubio iniebantur justae nuptiae, ex quibus caput habebant manus in uxores, patestas in liberas, adgnationes, proindeque hereditates, et tutelae, cognationes, et adfinitates.*

Jurium civitatis participes plenius erant vel cives Romani, vel Municipales, si optimo jure uterentur. Municipes vero erant alii vel Coloni, vel Latini, qui juribus civitatis Romanae utebantur prout concessum. Peregrini, scilicet Subditi provinciales, nullo Romano jure utebantur, nisi privilegio donati. Hostes, seu imperio extorres, perraro privilegio donabantur.

Quoad Municipales, et Colonos haec Gellii verba referenda censeo. Lib. XVI, 13. — Municipes et Municipia verba sunt dictu facilia, et « usu obvia; et neutiquam reperies, qui haec dicit, quin scire se plane « putet quid dicat. Sed profecto aliud est, atque aliud dicitur. — *Paulo autem post* — Sic adeo et municipia quid, et a quo jure sint, quan« tumque a colonia differant, ignoramus. — *Veniam proinde posco, si quid dicere audeam.*

Si Municipes optimo jure utentes, omni jure civium perfruerentur, veluti Arpinates, ex quibus Cicero ad consulatum evectus est, non tamen omni jure Romanorum perstringebantur, nam statuta particularia sibi conservare, vel condere non prohibebantur. Quod si Romanorum leges accepissent, tunc pro meo judicio omnino erant cives Romani, et ideo populi fundi *dicebantur. Si vero Municipes optimi juris non essent, Municipia erant civitates, vel Oppida, ex foedere in sociorum numerum receptae, quarum habitatores fruebantur juribus commercii, connubii, vel aliis, de quibus foedus nuncupasset, suffragio, et honore plerumque exceptis, nisi oppidum alicui ex tribubus esset adscriptum.*

Municipalibus autem similes ego dicerem Latinos. Antiquum Latium

Nella Romana libertà si comprendeva ogni diritto del cittadino, specialmente, però ch'ei non potesse essere torturato, o battuto, a meno che o per condanna non fosse fatto schiavo, o colto non fosse in manifesto delitto, o chiamato in giudizio si rifiutasse, o venisse per debiti aggiudicato al creditore; nè poteva il padre di famiglia esser venduto, fuorchè per per debiti, o per dolo se si fosse infinto servo per ingannare il compratore, o si fosse sottratto al censo, o alla milizia. *Cic. pro Caecina.* Col suffragio o si sancivano le leggi, o si eleggevano i Magistrati. L'onore consisteva nell' eligibilità alle Magistrature, agli offici, alla milizia. Dritto al commercio dicevasi poter contrattare di cose mancipi per mancipio, o per cessione giuridica. *Ulp. XIX*, 5. Dritto al connubio era la facoltà di contrarre nozze Romane, dalle quali provenivano la mano maritale sulle mogli, la podestà sui figli, l' agnazione, l'eredità, la tutela, la cognazione, l' affinità.

Erano cittadini o i Romani o i Municipali, che godevano l' ottimo Romano dritto; non cittadini erano gli altri Municipali, i Coloni, e i Latini, i quali godevano dei soli diritti ad essi impartiti. I Peregrini, o sudditi provinciali, niun dritto cittadino avevano, se non ne fossero privilegiati. Ma gli estranei all' impero, che si tenevano per nemici, assai di rado conseguivano per privilegio la cittadinanza.

In quanto a' Municipali riferirò queste parole di Aulo Gelio Lib. XVI, Cap. 13. — *Municipali e Municipii sono parole ovvie, e facili a « dirsi, e non trovasi forse uno che proferendole non creda di conoscerne « il significato, che in realtà egli ignora; perciocchè non sappiamo « e quel che sieno i Municipi, e perchè così sien detti, e quanto siano « disformi dalle Colonie.* — Domando quindi perdono se aggiungo mie congetture.

I Municipali d' ottima ragione godevano, come accennai, tutti i diritti civici, e quindi Cicerone Arpinate giunse sino al Consolato. Non per questo però erano tenuti a tutte le leggi de' Romani, a modo che non conservassero, e non potessero fare statuti particolari, imperocchè se stavano onninamente alle leggi Romane dicevansi popoli di fondo, come popoli del suolo romano. Se però i Municipii non erano di ottima ragione, erano allora città o Castella aggregate, e i nativi delle medesime godevano il commercio, o per lo più anco il connubio, e quei diritti che vedevansi espressi nell' alleanza, eccettuato il suffragio, e l' onore, a meno che il Municipio non fosse aggregato a qualche Tribù.

A Municipali somigliavano i Latini. Il Lazio dividevasi in antico e

Digitized by Google

optimo jure utebatur, imo ejus habitatores erant Romani cives, et populi fundi. Latii autem novi incolis erant Romanorum jura, si et quatenus concessa.

Bello sociali ardente pacem ineuntibus multa impartita sunt: qui vero victos se dederunt, et latini dediticii dicti sunt, pessumam inierunt conditionem.

Coloniae erant vel Togatae, vel Latinae, vel Italicae. Togatae omnibus Romanorum juribus utebantur, praeter suffragium Romano comitio ferendum, quo tamen domi utebantur. Senatum enim seu Curiam, vel Decuriones, Consules, aliosque Magistratus, et comitia suis in oppidis habebant.

Coloni latini libertate romana, et commercio, non autem connubio, neve aliis civium juribus pollebant, si concessa non essent.

Reliqui Italiae populi, et Latini coloniarii immunitate romana fruebantur, neve tributa persolvebant Romanae reipublicae, usque ad Edictum Antonini Caracallae.

Coloniae Togatae efficiebantur ex civibus Romanis, Latinae ex Latinis, Italicae ex Italis, cum illi, vel alterutri ex his mittebantur ut populos victos coercerent, aut augerent. Decernebantur vero vel a Senatu, ut plebis urbanae exuberantia exhauriretur, vel a Consulibus bella terminantibus, ut milites terris hostibus ablatis remunerarentur; coloni proinde dicebantur, quia terras colendas accipiebant; nec hi penitus destituebantur patriis juribus, quae ipsis, eorumve liberis reversis restituebantur, exceptis vel recessione expulsis, vel ultro patrias salutantibus, et in alia civitate acceptis: ait enim Cic. pro Balbo — Jure autem nostro neque mutare civitatem quispiam invitus potest, neque si vellet posset, modo non adscisca scatur ab ea civitate cujus se civem vellet. —

Colonias uti legibus populi a quo discesserant, e contra vero Municipales propriis vivere legibus, proindeque illorum meliorem fuisse conditionem, Gellius subdit loc. cit. ea ex oratione, qua Hadrianus mirabatur quod Uticenses, seu Sevilliae novae habitatores, a qua et ipse ortum duxerat, vel quidam alii Municipes veluti Uticenses gestassent in colonos mutari, referens Praenestinos meliori consilio, et maximo opere ab Tiberio Imp. petiisse, orasseque, ut ex colonia in municipii statum redigerentur, quod illis concessum pro referenda gratia, cum sub illo oppido Imperator capitali morbo revaluisset.

Peregrini seu Provinciales a Proconsulis, Praetoribus, et Prae-

e nuovo; l' antico avea ottimo e perfetto dritto Romano; al nuovo competevano i dritti espressamente conceduti.

Allorchè Italia arse per le guerre sociale e civile, larghe concessioni furono fatte a chi si disgiunse da' ribelli, ma pessima fu la condizione di coloro che si dier vinti, e si chiamarono Deditizii.

Le Colonie erano o Togate, o Latine, o Italiane. Le Togate godevano tutte le Romane prerogative, meno il suffragio, che non aveano a Roma, ma nel loro paese. Avevano infatti i loro Senatori, o Decurioni, i loro Consoli, ed altri Magistrati, e tenevano i loro Comizi.

I Coloni Latini godevano la libertà Romana e il commercio, ma non il connubio o gli altri dritti della città.

Gli altri Italiani, come i Latini coloniari godevano la libertà Romana, e fino all' Editto di Caracalla immunità dai tributi.

Le Colonie togate si componevano di cittadini Romani; le Latine di Latini; le Italiane di Italiani, che si mandavano presso i popoli vinti o per contenerli, o per accrescerne la popolazione; le decretarono o il Senato per disfarsi della plebe esuberante, od i Consoli al terminar della guerra, per rimunerare di terreni i Veterani. Coloni dicevansi gli uni e gli altri in grazia delle terre che avevano da coltivare. Non essi però perdevano gli antichi dritti, che essi o i lori discendenti ricuperavano tornando a Roma, eccettuati gli espulsi, o quelli che spontaneamente cambiassero la patria. E Cicerone *pro Balbo* disse che secondo il dritto Romano non poteva togliersi ad alcuno la cittadinanza suo malgrado, neanche se vi consentisse, a meno che non fosse ricevuto in altra città.

I Coloni vivevano colle leggi del popolo da cui dipartivansi, e ciò afferma Aulo Gelio, quando nel luogo succitato vuol provare che la condizione dei municipali era migliore di quella dei Coloni, fondandosi nel discorso di Adriano, il quale maravigliava che i Sivigliani, ed altri fra quali gli Uticensi, invece di voler vivere a loro modo, e collo loro leggi come Municipali, preferissero il colonato; laddove i Prenestini con miglior consiglio, e con grande impegno avevano impetrato da Tiberio di cambiare la Colonia in Municipio, e ne furono retribuiti da quell' Imperatore, in quanto che presso il loro paese egli era scampato da mortale infermità.

Gli stranieri sudditi, o peregrini erano governati da Vico Consoli, Vico

sidibus gubernabantur; durius tamen a Quaestoribus, Procuratoribusve Caesaris, et a tributorum Redemptoribus armata avaritia vexabantur. Verumtamen propriis moribus, legibus, et sacris utebantur, modo urbis constitutionibus non adversarentur. Sed Antoninus Caracalla his jus latinum protulit, non ut eorum conditionem meliorem faceret, sed ut etiam a Latinis, et Italis, aeque ac a peregrinis, tributa extorqueret.

---

§. 11. « Ingenui sunt qui liberi creati sunt (1); Libertini qui ex justa servitute sunt manumissi (2). »

---

(1) *Ex hoc* §. *sumpta fuit* L. 6. ff. de statu hom. *Vide Marciani fragm. in* L. 5. §. 2. ff. eod. *Olim a* gente, *vel a* gigni, *dicebantur ingenui qui oriebantur a gente, sacra domestica, et propria habente, vel Patricii, quia patres vel majores* ciere *poterant. Reliqui in* plebe, *utpote* plures, *numerabantur. Cum vero hi antiquitus majores, seu gentem ignorassent, ingenuitate carebant, et patronis subnixi, horum generibus erant adscripti. Sed cum Plebs a patronatu se eximuit, ingenuus dici cepit quicumque liber conceptus esset. Maximo tamen semper in pretio ingenuitas fuit, et ad eam dignoscendam maximum studium dederunt Jurisperiti, prout infra Gajus. Injusta servitute solutus renuntiabatur ingenuus: sed non qui in justam servitutem inciderat, tametsi se eximeret. Nexus ex debiti satisfactione, vel morte solutus, ingenuitati minime detrahebat. Sed posterioribus temporibus ingenuitas a Principe donari cepit, salvis patronorum juribus super bonis defuncti*, L. 2. et seq. ff. de natal. rest.

(2) *Manumissus erga manumissorem, et post eum erga ejus adgnatos dicebatur* libertus, *erga alios* libertinus. Svet. in Claud. *et* L. 1. §. 4. ff. de excus. *Hinc manumissi ex testamento dicebantur libertini, non autem liberti. Etenim nec erant liberti heredis, a quo libertatem non acceperant, neve defuncti, qui omnia jura morte commutavit. Orcini attamen dicebantur liberti, quasi Orci ad quem patronus descenderat, vel Charontiani, prout Theophilus, quasi Charontis liberti. Utique Papinianus* L. 18. ff. de manum. testam. *familiae testatoris, et ejus socii libertum dixit eum, quem defunctus manumiserat testamento, si tamen et a socio manumitteretur. Sed cum patronatus jus ex manumissione socii oriretur, ex juris individuitate, et ex societate aequum erat, et heredibus defuncti id*

Pretori, Legati, o Presidi, ma gravati da Camerlengi, e dagli appaltatori dei tributi. Almeno però vivevano a lor costume, colle loro leggi, o colla loro Religione, salvo che non avversassero le romane istituzioni. Antonino Caracalla per altro protrasse ad essi il gius dei Latini, non per far loro del bene, ma per ismungere anche dai Latini, e dagli Italiani i tributi, ond' erano aggravati i provinciali.

---

§. 11. « *Ingenui son quelli che nascon liberi* (1); *libertini coloro che da giusta servitù sono liberati* (2). »

---

(1) Da questo §. fu tolta la *L.* 6. *ff. de statu hom.* Vedere anche Marciano nella *L.* 5. §. 2. *ff. eod.* Anticamente dicevansi ingenui quei che appartenevano a gente che avesse Idoli domestici e propri, e dicevansi anche Patrizi, poichè potean conoscere i loro progenitori. Allora però i Plebei, che ignoravano la loro progenie, ed eran sommessi al patronato, erano ascritti come famigliari al genere del patrono rispettivo. Ma allorchè la Plebe si fu sottratta al patronato, si prese a dire ingenuo chiunque fosse generato libero. E l' ingenuità fu sempre tenuta in sì gran conto, che i Giureconsulti, come Gajo, posero somma diligenza a rilevarla. Chi rivendicavasi in libertà da ingiusta schiavitù, chiarivasi ingenuo, ma non colui che in giusta schiavitù fosse caduto, abbenchè se ne sciogliesse. Il nesso, o vincolo disciolto o col pagare il debito, o colla morte non detraeva all'ingenuità. Posteriormente chi non era nato ingenuo, potea divenirlo per indulto del Principe, salvo il diritto del patrono sui beni di lui alla morte. *L.* 2. *et seq. ff. de natal. restit.*

(2) Il servo manumesso dicevasi liberto di fronte al suo liberatore od a'suoi agnati, e libertino di fronte agli altri; *Svet. in Claud.* e la *L.* 1. §. 4. *de exscus.* Quindi i liberati per testamento dicevansi libertini, e non liberti. In fatti non erano liberti dell' erede, da cui non avevano la libertà, nè del defunto, che più non era fra' vivi. E dicevansi Orcini o liberti dell' Orco, al quale era disceso il defunto, e Caronziani da Caronte li disse Teofilo. Papiniano disse liberto della famiglia del testatore, e di chi eragli stato socio, colui che per testamento del condomino era stato manomesso sotto condizione che il socio concorresse a liberarlo. Ma poichè il patronatico era indivisibile, e dovea pur nascere per la manumissione del socio, parve giusto che ne fosse partecipe anco la famiglia del

communicari, non autem ut merus Orcinus patronum haberet. A quo nec Ulpiani sententia in L. 3. §. 3. ff. de legit. tutor. *me removet, cum Orcini favore, ne ei defuisset tutela, id invectum puto. Eoque minus obstant Triboniani verba in* L. unic. §. 7. Cod. de lat. libert. toll., *quae cum suppositicia sint, et veteribus adversantia, parum emendata videntur.*

---

§. 12. « Rursus libertinorum *tria sunt genera: nam aut cives Romani, aut Latini, aut Dediticiorum* numero sunt (1): de quibus singulis dispiciamus; ac prius *de* Dediticiis. »

---

(1) *Concord.* Ulp. I. 5. *et* Instit. I. 5. 3. *Olim efficiebatur manumissio ex justa voluntate domini, videlicet:* 1° *per vindictam;* 2° *per testamentum;* 3° *per denunciationem censui. Irridendum vero antiquis glossatoribus quaerentibus quaenam libertas a domino dari posset, num propria, vel servi? Enimvero naturalem libertatem reddere potuit dominus, si suum remittere voluit jus. Sicuti enim manu captus, vel mancipio quaesitus servus in ejus profectus erat dominium, ita ab eo manu dimissus in libertatem reddibat.*

Ast quaerenti quomodo servus fieret civis, ita ut privatus valeret civitatis jura jactare, respondeo servum civem fieri ex jussu vel populi ipsius, vel Magistratus, cui populus juris actionem tradiderat. Antiquitus vero non parvi aestimabatur civitatem augere, et flocci pendebantur libertinorum suffragia, cum curiatis comitiis unum sumeretur ex patroni genere, et comitiis centuriatis unum, vel nullum ferret tota proletariorum turba. Nec jus mutatum invectis tribuniciis comitiis, vel ex Romanorum consueta tenacitate, vel ex industria procerum, qui suffragia, non raro, manumissionum multitudine captabant.

Legale vero specimen non deficiebat; nam manumissioni per vindictam praeerat Magistratus habens actionem legis, et libertatis adsertor coram eo, nec non coram quinque testibus populi ordines institutos a Tullo repraesentantibus, adversus dominum servi hujusce libertatem vindicabat, servum baculo, sive vindicta percutiens, domino autem servi non contradicen-

defunto, non già che il vero Orcino avesse patrono. Nè mi rimuove quel che disse Ulpiano nella *L.* 3. §. 3. *ff. de legit. tutor.* poichè ciò fu disposto in favore dell' Orcino, e per provvedere alla di lui tutela. Meno poi mi possono le parole di Triboniano nella *Leg. unic.* §. 7. *Cod. de Lat. lib. toll.* poichè sendo suppositive, di frente alla testimonianza degli antichi, mi sembrano scorrette.

---

§. 12. « *In oltre sonovi tre generi di libertini. Cittadini Romani, Latini, e Deditizi* (1), *de' quali parleremo partitamente: e prima dei Deditizi.* »

---

(1) Così *Ulp. I.* 5. e le *Istit. I.* 5. 3. Anticamente non liberavasi servo senza volontà del padrone, non solo giusta, ma messa in atto o colla vendetta, o per testamento, o per denuncia al Censo. E perciò è da ridere che siasi chiesto da' glossatori antichi quale libertà potesse darsi dal padrone, se la propria, o quella del servo. Ben poteva in fatti il padrone rinunziare al suo dritto, e come il servo acquistavasi afferrandolo in guerra, o col mancipio, così poteva diventar libero dimettendolo.

Ma diventando il servo liberato cittadino, si domanderà come potesse dispensarsi da un privato quel dritto, che apparteneva alla città? Rispondo, che il servo diventava cittadino per autorità dello stesso popolo, o di quel magistrato, a cui il popolo avea consentito l' azione della legge. Anticamente tornava in acconcio aumentare il popolo, ed era innocuo che i liberti dassero voto nei comizi, poichè nei curiati prendevasi un sol voto per tutta la schiatta del patrono, e nei centuriati un solo o niun suffragio prendevasi da tutta la turba dei proletari. Nè coll' introdurre i comizi per tribù ciò fu cangiato, ma vinsero o la tenacità Romana, o l' astuzia dei ricchi, i quali procacciavano non di rado moltissimi veti con altrettante manumissioni.

Non mancava per altro l' apparenza della legalità; conciossiachè al rito della vendetta presiedeva il Magistrato, che esercitava il poter della legge, e il Liberatore, facendosi assertore della libertà avanti cinque testimoni rappresentanti gli ordini del popolo istituiti da Servio, vendicava la libertà dello schiavo, cui percuoteva colla vendetta, e non contraddicen-

te Magistratus libertatem addicebat coram populo, seu testibus. Testamenta autem vel comitiis agebantur, vel mancipii ritu, a quo olim non abfuerat Magistratus hereditatem fiduciario addicens emptori, vel perficiebantur comitiis. Censu tandem manumissus, jubente populo inter cives capite censitos inscribebatur.

Sed et aliae intrinsecae conditiones desiderabantur, prout infra videbitur. Ritus autem et conditiones omnes ad unguem servari opportebat, alias aliter, prout elicitur ex ipso Gajo nostro infra III, §. 26, cui assentiunt Ulpianus I, 10, et Vaticana fragmenta, sublata servitus non foret. Sed exosam acerbitatem temperarunt primum aequitas Praetoris, quae minus solemniter manumisso, usquequo viveret, servavit peculii usum, et fructum. Postea vero statuit lex Aelia Sentia, jussa Aelio Catulo, et C. Sentio Saturnino Coss. a. 756, et a Xristi Nativ. 4, Octaviano imperante, et dein lex Junia Norbana ab Junio Silano, et a L. Norbano Balbo Coss. rogata a. 769, et Xristi a. 19, imperante Tiberio, quibus Senatusconsulta accesserunt, ut minus rite, vel minus recte manumissi, si non cives, saltem latini, vel coloni latini, aut peregrini Dediticii fierent, de quibus infra.

TITULUS IV.

De Dediticiis vel de lege Aelia Sentia.

§. 13. « Lege itaque Aelia Sentia cavetur; ut qui servi a dominis poenae nomine vincti sint, quibusve stigmata inscripta sint, deve quibus ob noxam quaestio tormentis habita sit, et in ea noxa fuisse convicti sint, quique ut ferro aut cum bestiis depugnarent traditi sint, inve ludum

do il padrone, il Littore proclamava libero lo schiavo per ordine del Magistrato, e al cospetto del popolo Romano. I testamenti poi facevansi o anticamente nei Comizi, o essi pure avanti il Magistrato, che nelle stesse forme aggiudicava l' eredità all' interposto compratore, pregati i testimoni in luogo dei suddetti cinque ordini. Nel fare poi il censo, il servo liberato veniva descritto fra i capi censiti per ordine di tutto il popolo.

Ma ben altre intrinseche condizioni desideravansi, delle quali parlerò inferiormente. Quei riti però e quelle condizioni dovevano esattamente verificarsi, altrimenti il nostro Gajo ci avvisa inferiormente nel libro terzo §. 56, che anticamente non era tolta la schiavitù, e ciò confermano *Ulp. I.* 10, e i frammenti Vaticani. Ma quell' acerbità fu primieramente temperata prima per la legge Elia Senzia, sancita sendo Consoli Elio Catulo, e Cajo Senzio Saturnino nell' anno 4 dalla nascita di G. C. o nell' anno di Roma 756, poscia per la legge Ginnia Norbana proposta da Giunio Silano, e da Lucio Norbano Balbo nell' anno di Roma 769 (di G. C. 19) imperando Tiberio, e a quelle leggi si aggiunsero Senaticonsulti, affinchè quelli che senza tutte le condizioni venissero liberati, avessero almeno a essere Latini Coloni, o Deditizi, come si dirà in appresso.

TITOLO IV.

Dei Deditizii ossia della legge Elia Senzia.

§. 15. « *Nella detta legge Elia Senzia è disposto che i servi imprigionati dal padrone per misfatto, e quindi stimatizzati col fuoco, o quelli che furono torturati, e convinti, ovvero mandati per delitto in Arena a cambatter belve, o a tal uopo furon rinchiusi, e che di poi o dallo stesso padrone,*

custodiamve conjecti fuerint, et postea vel *ab eodem* domino, vel ab alio manumissi, ejusdem condicionis liberi fiant cujus condicionis sunt peregrini dediticii (1). »

(1) *Confer* Ulp. I. §. 11. et Liv. XXVI. 23. 24: *nec verba interpretatione indigent.*

TITULUS V.

De Peregrinis Dediticiis.

§. 14. « Vocantur autem *Peregrini Dediticii* hi, qui quondam adversus populum Romanum armis susceptis pugnaverunt, deinde, *ut* victi sunt, se dediderunt (1). »

(1) *Textus siglis compositus fuit, quae exhibent tantum* = pugnaver = et = victi = s = se = dd. = *Vide* Teoph. I. 5. §. 4. et Isidor. orig. *Dediticii peregrini dominio quiritario incapaces, testamento prohibebantur dare, vel accipere, neque connubio pollentes, aut in filiis potestatem, aut ex his heredes suos habere poterant, commercioque destituti, neque mancipio, neve juris cessione utebantur. Sui domini proinde erant dum viverent, sed omnia per eos adquisita patrono restituebant, cum tamquam servi extremum diem obirent.*

§. 15. « Hujus ergo turpitudinis servos, quocumque modo, et cujuscumque aetatis manumissos (1), etsi pleno

o da suo successore liberati, potessero bensì esser liberi, ma come stranieri Deditizi (1). »

(1) Si può vedere *Ulpiano I.* §. 11. o *Liv. XXVI.* 23, e 24; nè altro occorre.

TITOLO V.

Dei Peregrini Deditizi.

§. 14. « *Diconsi Peregrini Deditizi coloro che prese le armi si ribellarono al popolo Romano, e poscia si dicron vinti* (1). »

(1) Ricomposto così fu il testo, del quale pochi segni rimanevano. Vedere *Teofilo I.* 5. §. 4 e *Isidor. delle orig.* I Deditizi come sudditi stranieri erano incapaci del dominio quiritario, e non potevano dare nè ricevere per testamento; erano altresì allontanati dal connubio, nè potevano avere sui loro figli la patria podestà, o in essi avere eredi; privi in fine del Romano commercio, era ad essi vietato l' uso del mancipio e della cessione giuridica. Eran quindi padroni di sè stessi finchè vivevano, ma morivano come schiavi, e quanto avevano ricadeva all' antico padrone.

§. 15. « *I servi pertanto macchiati di quella turpitudine,* (1) *qualunque sia la loro età* (2), *benchè di sè stessi diven-*

jure dominorum fuerint (2), nunquam aut cives Romanos, aut Latinos fieri dicemus, sed omnimodo Dediticiorum numero constitui intelligemus (3). »

---

(1) *Confer* Teophil. I. 5. 1.

(2) *Neque optimus ritus, neque justa aetas de qua dicemus infra, eis proderat.*

(3) *Inevitabile proinde erat eorum fatum, cum heredes non haberent praeter patronum.*

---

§. 16. « Si vero in nulla tali turpitudine sit servus, manumissum modo civem Romanum, modo Latinum fieri dicemus (1). »

---

(1) *Scilicet si justa, vel minus justa, plena vel minus plena fuerit manumissio.*

TITULUS VI.

De alio capite legis Aeliae Sentiae, et de manumissione non justa.

§. 17. « Nam in cujus persona tria haec concurrunt, ut major sit annorum triginta (1), et ex jure quiritium domini (2), et justa ac legitima manumissione liberetur, id est, vindicta, aut censu, aut testamento, is civis romanus fit: sin

gan padroni, non però possono mai addivenire cittadini, o latini, ma saran sempre onninamente Deditizi (3). »

---

(1) Vedere Teofilo I. 5. 1.

(2) Nè il rito legale, nè l' età giusta poteva giovare a questi infami.

(3) Inevitabile era quindi il loro destino, poichè non potevano avere erede fuorchè il Patrono.

---

§. 16. « *Se però il servo non sia macchiato di queste brutture, ei può esser fatto o cittadino Romano, o Latino* (1).

---

(1) Secondo cioè che meno perfetta, o perfetta, e meno piena, o intera fosse la manumissione.

TITOLO VI.

Altro capo della legge Elia Senzia e della men regolare manumissione.

§. 17. « *Se niuna manchi di queste tre condizioni, che lo schiavo da liberare sia maggiore di anni trenta* (1), *che il liberatore abbia sullo schiavo il dominio quiritario* (2), *e che il liberatore adoperi giusto rito, e cioè o la vendetta, o il censo,*

Digitized by Google

vero aliquid eorum deerit, latinus erit. »

---

(1) *Conf.* Ulp. I. 6. 10. 12. 16. Instit. §. ult. de libertin. *Aetas XX in domino, et XXX in servo requiritur ut infra* §. 20, *nisi causa manumissionis probata fuerit.*

(2) *Dominii quiritari publice quaesiti populus auctor erat, absque quo dominium privatum, vel bonitarium pro manumissione non sufficiebat. Casus est: Quis emit, et traditum accepit servum privatim, scilicet absque mancipii, vel in jure cessionis ritu, nec usquam publica possessione per annum expletum usucepit, populo auctorante. Cum dominium quiritarium sit interim, et palam apud venditorem, ideo emptor nec testamento, nec vindicta, nec censu manumittere potest emptum servum,* Ulp. I. 23. *Aliquid simile affert lex nostra, quae nondum transcripta venditione in Codice hypothecario dominium publicum apud emptorem esse, vel ab eo transferri negat. Ex indulto tamen legis Aeliae, et in obsequium juris gentium, datum fuit ut manumissus latinus fieret.*

---

§. 18. « (1) Quod autem de aetate servi requiritur, lege Aelia Sentia introductum est: nam ea lex minores XXX annorum servos non aliter voluit manumissos cives romanos fieri, quam si vindicta, apud consilium, justa causa manumissionis adprobata, liberati fuerint (2). »

---

(1) *Vide* Ulp. I. 13. Teophil. I. 5. 4. Gajum §. prox. et inferius §. 39.

(2) *Cum cognitio sumenda esset, sequitur absque vindicta scilicet*

o il testamento, allora lo schiavo diventa cittadino Romano: ma se ne manchi una, non altro diverrà che Latino. »

---

(1) Vedere *Ulp. I.* 6. 10. 12. 16. e le *Istit.* § *ult. de Libertinis.* L' età dei 30 anni richiedesi nello schiavo, e l' età di vent' anni nel padrone, a meno che non vi fosse giusta ragione per anticipare la liberazione.

(2) Il dominio quiritario, o acquistato pubblicamente, era garantito coll' autorità del popolo Romano, e senza di ciò la privata, o bonitaria proprietà non valeva per far cittadino lo schiavo. Eccone il caso. Uno compra lo schiavo che gli vien consegnato, ma privatamente, cioè senza le forme del mancipio, o della cessione giuridica, nè per anche ha acquistato il dominio quiritario col possederlo per un anno sotto gli occhi del popolo Romano. Poichè però nel frattempo il dominio quiritario e palese sullo schiavo venduto rimane presso il venditore, il compratore non può liberarlo nè per vendetta, nè al censo, nè per testamento. *Ulp. I.* 23. A ciò somiglia l' attuale nostra legge, che distinguendo il dominio pubblico dal privato, non riconosce trasferita nel compratore, o la da lui trasferibile proprietà di fronte a terzi, finchè la vendita non sia pubblicata nei registri ipotecari. Per indulto però della legge Elia, e secondo il diritto delle genti, fu consentito che il servo in virtù del dominio privato potesse farsi Latino.

---

§. 18. *Ciò che appartiene all' età del servo fu introdotto dalla legge Elia Senzia* (1), *la quale non permise che il servo minore di trent' anni fosse cittadino, a meno che non si usasse il rito della vendetta, e fosse approvata da un Consiglio una causa giusta* (2). »

---

(1) Vedere *Ulpiano I.* 13. *Teofil. in questo Titolo*, §. 4, e Gajo nel paragrafo prossimo, e nel successivo 39.

(2) Attesa la cognizione da assumersi, non poteva lo schiavo minore

sine Magistratu servum minorem manumitti non posse, si ex testamento ei solam latinitatem conferri licere. Res aliis dubia, mihi plana videtur.

---

§. 19. « Justa autem causa manumissionis est, veluti (1) si quis filium, filiamve, aut fratrem, sororemve naturalem (2), aut alumnum, aut paedagogum, aut servum procuratoris habendi gratia (3), aut ancillam matrimonii causa, apud consilium manumittat (4). »

---

(1) *Sunt et aliae praeter hic recensitae.*

(2) *Puta si dominus heredem, et liberum scripsisset servum, et ideo is dominus fieret sui patris, matris etc.*

(3) *Servum facere procuratorem non licebat; servo enim imperitabat dominus, non autem cum eo contractum inire poterat.*

(4) *Matrimonii sui causa ancilla a domino non manumittitur, nisi dominus eam reapse uxorem ducat.* L. 21. ff. Qui, et a quibus manum. *Ex SC. dominus nuptias ultra sex menses non dilaturum spondere jurejurando debet, et his non sequutis ancilla libera non est. De matrimonio ancillae cum extraneo vide infra.*

Tametsi enim ex hac lege minores liberare non liceret, Augustus tamen ne matrimonia cohiberentur, quibus promovendis paulo post legibus Julia, et Pappia sedulo incubuit, statuisse conjectandum videtur, ut imperfectae aetatis ancilla, non juste liberata, si Patronus ex legitima sua tutela eam matrimonio cum cive collocasset, civis fieret, ejusque nati ex hoc matrimonio, libertate donarentur. Legem vero hoc beneficium protulisse etiam servo imperfectae aetatis manumisso, et civi Romanae uxorato, adseruturus essem ex his quae leguntur seq. §. 67. *Profecto verba habemus veteris Jurisconsulti* de jure Fisci §. 12. *quae ita sonant* « Libertas Caesaris (*nempe Octaviani*) tam manumissione, quam beneficio conjunctionis affectae. » *Utique haec referri possent Augusti legi Juliae, et ejusdem L. Pappiae; sed ex probabili harum rerum germina exordierunt ex L. Aelia, et ex legibus posterioribus aucta sunt. Videtur enim Gajum in-*

liberarsi fuorchè coll' intervento del Magistrato, e per testamento poteva darsegli la sola latinità. Così a me riesce chiaro ciò che ad altri parve oscuro.

---

§. 19. « *Le cagioni giuste per liberare sarebbero* (1) *se si trattasse di un figlio, di una figlia, di un fratello, di una sorella naturale* (2), *dell' alunno, o del pedagogo, o di dare al servo una procura* (3), *ovvero di un matrimonio* (4). »

---

(1) Sonvi pure altre ragioni.

(2) Fingasi uno schiavo liberato, e scritto erede, o perciò divenuto padrone di suo Padre, di sua Madre ecc.

(3) Lo schiavo non poteva essere procuratore, poichè il padrone poteva comandargli, non già contrattare con lui.

(4) Il matrimonio della schiava col padrone, non è buona ragione per manumetterla quando non abbia l' età, se il padrone realmente a lei non si congiunga in matrimonio. *L.* 21 *ff. Qui et a quibus manum*, e il padrone debbe giurare di prenderla in sei mesi, altrimenti la libertà sarà ritolta. Vedere però inferiormente del matrimonio della schiava con altri.

E infatti sebbene per detta legge non si potesse liberare una schiava, che non avesse trent' anni, si congettura però che Augusto, per non mettere intoppo a matrimoni, a promuovere i quali seriamente si applicò nella legge Giulia, e nella legge Pappia, donar volesse la libertà alla schiava liberata senza l' età richiesta, se il padrone, legittimo suo tutore, l'acconciasse in moglie di un cittadino Romano. Se poi Augusto consentisse lo stesso favore allo schiavo liberato in età imperfetta, non lo direi, anzi parmi aversi a negarlo per quello che Gajo scrisse inferiormente nel §. 67. Certamente troviamo nel noto frammento dell' antico Giureconsulto sui diritti fiscali al §. 12, ricordata la libertà proveniente da benefizio di Cesare, cioè da Ottaviano, e per *manumissione* e per *congiungimento*. Ed è ben vero che ciò potrebbe riferirsi o alla L. Giulia, o alla L. Pappia; ma pare che il germe nascesse dalla

Digitized by Google

ferius loquutum fuisse de nuptiis, et de Romana natorum conditione, ex beneficio legis Aeliae.

TITULUS VII.

De Recuperatoribus (1).

§. 20. « Consilium autem adhibetur in Urbe Roma quidem quinque Senatorum, et quinque equitum Romanorum puberum; in provinciis autem viginti Recuperatorum (2) civium romanorum: idque fit ultimo die conventus (3): sed Romae certis diebus apud consilium manumittuntur. Majores vero triginta annorum servi semper manumitti solent, adeo ut vel in transitu manumittantur (4), veluti cum Praetor, aut Proconsul in balneum, vel in theatrum eat (5). »

---

(1) *Textus affert rubricam, quamvis materia tituli praecedentis prosequatur.*

(2) *Recuperatorum transactis temporibus stultae dabantur definitiones; hodie vero patet eos fuisse judices per magistratum datos ex designatis.* Gaii infra IIII. 46. Cic. in Verr. III. 13 et 60. *Enimvero in* A. Gell. XXI. 13. 14 et 15. *legitur Praetorem se daturum edixisse Recuperatores injurias aestimaturos, ut vecordiam coerceret cujusdam Lucii Veratii, qui irridens decemvirali taxationi, injurias improbo delectamento obeuntibus inferebat, protinus solvens de sacco parato olim statutas mulctas.*

(3) *Certis diebus congregabantur Recuperatores, veluti hodie statutis diebus Jurati congregantur. Romae dies erant certi; in provinciis hujus-*

Digitized by Google

L. Elia, o fosse poi fecondato nelle leggi posteriori. Imperocchè sembra pure che Gajo inferiormente discorra delle giuste nozze, e della Romana cittadinanza dei figliuoli, in virtù del benefizio impartito dalla L. Elia.

TITOLO VII.

Dei Ricuperatori (1).

§. 20. « *In Roma a questa consulta si chiamano cinque Senatori, e cinque Cavalieri puberi, e nelle province venti Ricuperatori* (2), *cittadini Romani, e quivi se ne tratta nell' ultimo giorno in cui i Ricuperatori si adunino* (3), *mentre in Roma sono deputati certi giorni. I servi maggiori di 30 anni si manumettono fra via* (4) *dal Pretore, o dal Preside anche quando vada al bagno, o al teatro* (5).

---

(1) La nuova rubrica leggesi nel testo, benchè prosegua la stessa materia.

(2) Definizioni assai strane si davano dei Ricuperatori, e ora si sa che erano i Giudici dati, fra i designati, dal Magistrato per conoscere del fatto. *Gajo IIII.* 46. *Cic. in Verr. III.* 13, e 60. In fatti si legge anche in *Gellio XXI.* 13. 14. *et* 15. che il Pretore urbano disse di dare Ricuperatori per tassare le ingiurie, posciachè un Lucio Verazio beffandosi delle XII tavole andava per Roma offendendo per barbaro suo diletto i passeggeri o traendo da un sacco, che aveva seco, le multe anticamente stabilite.

(3) I Ricuperatori nelle province si adunavano a certi tempi, come in oggi a certi tempi si tengono *le assise.* Ma in Roma per queste con-

modi cognitiones ad ultimam diem conventus differebantur.

(4) *Jam vindictae solemnitates recesserant ab usu, et vel Recuperatorum consilio assequuto si opus esset, vel eo omisso si supervacaneum foret, Praetor vel Praeses, etiam cum iret ad balneum manumissiones expediebat, quamvis nec Lictor adfuisset.*

(5) V. L. 8. et L. 23. ff. de manum. vindict.

TITULUS VIII.

De altera parte legis Aeliae, scilicet de manumissionibus in alterius fraudem (1).

§. 21. « Praeterea minor triginta annorum servus manumissione potest civis Romanus fieri, si ab eo domino, qui solvendo non erat, *testamento* (2) eum liberum, et heredem relictum, NEC ALIUS SCRIPTUS HERES EUM SUMMOVEAT (3). »

---

(1) *Posui rubricam, quoniam Gajus ad manumissionis fraudes digreditur.*

(2) *Scheda hic ostendit tantummodo O majusculam.*

(3) *Verba quae in postrema parte hujus §. interpretatus est Lachmannus et assueto charactere impressa sunt, tuto animo accepi. Alia vero, quae majusculo leguntur, addidi ex Scaevola* L. fin. ff. de vulg. et pup. subst., *et ex* Ulp. l. 14. et 21, *nec non ex his, quae in hunc scripsit* Cannegieter.

Ex hoc §. tria colliguntur: 1° *Licere ei qui solvendo non sit unum*

sulte erano deputati i giorni, e nelle province era prefissa l' ultima seduta.

(4) Le solennità della vendotta erano già disusate, o ottenuto l'avviso dei Ricuperatori, o questo pretermesso se non occorresse, il Pretore, o il Presido spediva le manumissioni anche fra via, andando al bagno, e quantunque non intervenisse il Littore.

(5) Vedere lo *Leg.* 8. *e* 23. *ff. de Manumissis Vindict.*

TITOLO VIII.

Un' altra parte della legge Elia Senzia, sopra le frodi delle manumissioni (1).

§. 21. « *Il servo anco minore di anni* 30 *può esser manumesso da un cittadino oberato di debiti che lo liberi e lo faccia erede nel suo testamento* (2), *nel quale però non veggasi istituito un altro, che possa rimuoverlo* (3). »

---

(1) Posi una rubrica, poichè Gajo veniva a parlare di nuova materia.

(2) Nel palimsesto qui vedevasi soltanto un O, e fu letto Testamento.

(3) Tenni di buon grado quanto fu aggiunto dal Lachamanno, ma sopperii al voto che egli lasciò, aggiungendo le parole stampate in fronte a grande carattere, prevalendomi di un frammento di Scevola nella *L. ultima ff. de vulg. et pup. subst.* e di *Ulpiano I.* 14. 21. non che di quanto sopra Ulpiano scrisse il *Cannegieter.*

Tre cose pertanto vengono nell' aperto: 1° Che l' oberato può far-

Digitized by Google

etiam minorem XXX an. non autem plures servos testamento manumittere, et heredem instituere: Romani enim magis habebant cordi ut defunctus ab herede parentaretur, quam quod creditores unius servi afficerentur jactura. 2° *Ex Gaii sententia servum prius esse manumittendum ut valida sit ejus institutio, quod Attilicinus improbavit, et cum eo Justinianus* Instit. II. 14. 1. *ex optimo Constantini statuto, ne scilicet ex inani inobservantia irritae fierent defunctorum voluntates*, l. 15. Cod. de Test. 3° *Tantum in subsidium hoc casu heredem fieri servum, nempe si substitutus eum removere non valeat.*

---

§. 21 *bis.* « SED (1) NULLA LIBERTAS DATA ERIT SI TESTATOR, QUI SOLVENDO NON ESSET, spurios QUOS EX ANCILLA SUSCEPIT JUSSERAT LIBEROS ESSE, AUT PERAEQUE IN NECEM creditorUM UT ETIAM MINUS QUAM sex (2) ORCINI LUGENTES, VEL VENTILANTES SUUM PROSEQUERENTUR FUNUS. »

---

(1) *Prima editio nullum hujus §. exhibebat vestigium, sed Blum. eruere potuit tria verba, quae inspiciuntur consueto charactere impressa; nempe = spurios = creditor = sex = Reliqua proinde quae leguntur ego conjectavi.*

(2) *Lex XII tab. pluribus lectulis itinerem ad funus intercipi jussit. Plures autem passim super tres intelliguntur. Cum vero quovis lectulo duo gestarentur vel lugentes, vel cadaverem ventilantes orcini, ideo sex erat numerus a lege permissus. Sed non ei qui solvendo non esset, quippe qui vel una manumissione faceret creditoribus jacturam.*

---

§. 21 *ter.* « PERAEQUE (1) NULLA FORET MANUMIS-

si un erede in un suo schiavo, quand' anche minore dei 30 anni (non però in più d' uno): conciossiachè i Romani anco più abborrivano che al morto mancasse un erede che gli facesse i funerali, di quello che potesse col testamento sottrarsi un meschino schiavo a una massa di creditori. 2° Che secondo Gajo bisognava aver dato espressamente la libertà per istituire erede, e all' incontro Attilicino credette, che la libertà fosse data a bastanza bene soltanto coll' istituire, locchè fu approvato da Giustiniano, che seguì quel bel dettato di Costantino nella *L.* 15. *Cod. de Test.* non aversi a disfare volontà di defunto per inutile inosservanza. 3° Che il servo era erede in sussidio, o cioè se non vi fosse sostituito che il surrogasse.

---

§. 21 bis. « *Ma* (1) *niuna libertà darebbesi da un oberato a spurii che egli avesse avuto da una schiava, o anco a meno di sei* (2) *affinchè venissero dietro al suo mortorio, o come piagnoni, o per dar aria.* »

---

(1) Nella prima edizione non vedevasi vestigio di questo paragrafo. Ma Blum. potè ritrarne le tre parole che decontro veggonsi in carattere minuscolo. Le altre furono da me aggiunte.

(2) Le XII tavole vietarono mandare più barelle di piagnoni al mortorio, e la vietata pluralità intendesi comunemente per più di tre. Come però in ciascuna barella si portavano due che mostrassero di piangere, o che agitassero l' aria presso il cadavere, perciò il sei era numero giusto; ma non già per un oberato, il quale anche liberando un solo schiavo, avrebbe danneggiato i suoi creditori.

---

§. 21 terzo. « *Neppur* (1) *varrebbe secondo la legge Elia*

SIO debitoris EX JUSSU legis AELIAE, SI MANUMISSUS FUISSET IN ALTERIUS NEXU, NEQUE pecunia CREDITORI ESSET RESTITUTA (2). »

---

(1) *Idem Blum. etiam hujusce §. prima editione penitus omissi, tria haec detegit verbuscula nempe = debitoris = legis = pecunia = et ex his Gaii doctrinam insectans, verisimilem sententiam conjectavi.*

(2) *Pecunia tamen a debitore restituta manumissio retractari non poterat.*

---

§. 24 *quartato.* « PORRO NEC QUI SERVUM PRIVATIM VENUM DEDIT, ET TRADIDIT, QUAMVIS ea traditione DOMINIUM QUIRITARIUM NON TRANSTULISSET, NON VALET SUIS mancipationibus CIVEM, VEL latinum FACERE; DOLO ENIM FACERET is, quia IN FRAUDEM SATAGERET EMPTORIS (1). »

---

(1) *Etiam hujusce §, et insequentis pro aliqua parte, fortuna sustinet damnum. Hujus enim non amplius quam quatuor verba, quae se exhibent ordinario charactere impressa datum fuit ex siglis excipere, et quae majusculo charactere impressa sunt mea divinatione addidi, utpote ex superius notatis profluentia.*

la liberazione di uno schiavo sequestrato ad altri, se il debito non fosse pagato (2). »

---

(1) Neanche di questo paragrafo avevasi indizio alcuno nella prima edizione; ma Blum. pescò le tre parole, sulle quali ricomposi verisimilmente il testo.

(2) Saldato però il debito la liberazione non poteva ritrattarsi dal debitore.

---

§. 21 per la quarta volta. « *Finalmente chi privatamente venda e consegni il servo, abbenchè ritenga il dominio quiritario, non potrebbe liberare, poichè farebbe frode al compratore* (1). »

---

(1) Anche qui, come altresì nel §. seguente, il caso ci fu pernicioso, e di questo paragrafo non poterono aversi che le quattro parolette impresse di fronte a carattere minuscolo, e le altre stampate in maiuscolo, furono da me congetturate come conseguenziali alle premesse.

TITULUS IX.

De lege Junia Norbana, et de servis latinitate donatis (1).

§. 22. « QUI AUT PER EPISTOLAM, AUT INTER AMICOS CONVIVII ADHIBITIONE (2) *manumissi sunt*, Latini *Juniani dicuntur*: Latini ideo *quia* ADSIMILATI (3) *sunt latinis coloniariis* (4): Juniani ideo quia per legem Juniam libertatem acceperunt, *cum* olim servi viderentur esse (5). »

---

(1) *Rubricam addidi.*

(2) *Praemissa addidi verba ut sensus haberetur. Reliqua corsivo charactere impressa jam conjectata erant.*

(3) *Textus ADSIMULATI praebebat, quod eum scriptoris errori referendum duxi, ADSIMILATI posui.*

(4) *Lachm. posuit coloniariis, scilicet latinis inferioris conditionis.*

(5) *Optime dixit Gajus quod olim servi viderentur. Enimvero sine justa manumissione libertas plena non poterat assequi, nec quis pro parte servus, et pro parte liber esse poterat. Servi tamen omnino non erant manumissi, eum ne fides data deficeret ex edicto Aulii Praetoris libertatis naturalis imago eis indulta fuerat, legitimis dominis servato tamen jure in eorum peculio. Sed ex lege Junia Norbana bona propria habere coeperunt, ita ut dum viverent essent veluti Latini ingenui, sed in servitute obirent. Confer* §. prox. et infra III. §. 50.

TITOLO IX.

Della legge Giunia Norbana, per la quale i servi sono fatti Latini (1).

§. 22. « *Quei servi che furono liberati dal padrone o con una lettera, o col tenerli a mensa con gli amici* (2) *diconsi Latini Giuniani; Latini perchè somigliano* (3) *a Latini coloni* (4); *Giuniani perchè dalla legge Giunia ebbero la libertà, laddove per lo addietro sembravano schiavi* (5). »

---

(1) La rubrica fu da me aggiunta.

(2) Le parole che fin qui doveano leggersi perirono nel palimsesto, ma le altre furono già messe insieme.

(3) Il testo avrebbe detto *simulati*, ma parvemi error di copista.

(4) Il Lachman. pose coloniari, cioè della condizione più scadente.

(5) Gajo con appropriata espressione disse che in passato *parevano* schiavi. Imperocchè sebbene non avessero conseguito perfetta libertà, e niuno potesse essere in parte libero e in parte schiavo, non di meno neppure erano perfettamente schiavi, poichè onde non fosse tradita la fede, fu data loro per editto di un Aulo Pretore un' apparenza della libertà naturale, salvo al loro legittimo padrone il suo diritto sul peculio. Ma per la legge Giunia Norbana cominciarono ad avere beni propri, ed in vita erano come Latini ingenui. Morivano però schiavi, come si vedrà inferiormente *Comm.* 3. §. 50.

§. 23. « Non *tamen* illis permittit lex Junia nec ipsis testamentum facere (1), nec ex testamento alieno capere (2), nec tutores testamento dari (3). »

---

(1) *Confer* Ulp. XX. 14. et infra prox. §.

(2) *Directe scilicet, non autem oblique, seu per fideicommissum prout infra.*

(3) *Si tutores darentur confirmatione indigitabant.*

---

§. 24. « Quod autem diximus ex testamento eos capere *non* posse ita intelligendum *est*, *ut nihil* directo hereditatis legatorumve nomine eos posse capere dicamus: alioquin per fideicommissum capere possunt (1). »

---

(1) *Concord.* Gaii Comm. II. §. 275, *et* Ulp. XXV. 7. *Quod autem directe eis relinquebatur ex Antonini constitutione caducum erat, et fisco cedebat. Verumtamen non erat penitus inutilis eorum institutio, nam sustinebatur si in diem cretionis togae usum essent assequuti, scilicet ad civitatem perventi essent;* Ulp. II. 1. *Nec oberat hoc casu regula catoniana, quae ad caducarias leges non porrigebatur*, L. ult. ff. de reg. cat. *Haec autem notavi, ut pace componerem Hothomanum et Gajum.*

Quae textui charactere corsivo inserta sunt optimo judicio ex siglar. interpretatione jam addita fuerunt in Lachm. editionibus, et mihi imputanda sunt tantum quae textui charactere majusculo addita inspiciantur. Hoc tene menti, et inferius subaudi ut meas additiones discernas, quin iterum monere in posterum opus sit.

Digitized by Google

§. 23. « *Non però la legge Giunia permette loro di dare* (1) *o ricevere per testamento* (2) *nè ponno essere tutori testamentari* (3). »

---

(1) Vedere *Ulpiano XX.* 14. e il paragrafo seguente di Gajo.
(2) Dirottamente, ma non per fedecommesso come vedremo.

(3) Se fossero dati tutori occorreva la conferma.

---

§. 24. « *Il ricevere per testamento era però vietato se la istituzione, o il legato si disponessero in via diretta, non già se per fedecommesso, in forza del quale poteano ricevere* (1). »

---

(1) Concordano Gajo nel *Comm. II.* §. 275. e *Ulpiano XXV.* 7. E quanto fosse lasciato in via diretta era caduco, e ricadeva al fisco per una costituzione di Antonino. Non rimaneva però assolutamente inutile la disposizione diretta, poichè avea effetto se alla morte del testatore, o prima almeno del giorno prefisso alla crezione, il Latino avesse conseguito l' uso della toga, cioè la cittadinanza; *Ulp. II.* 1. Nè faceva ostacolo la regola Catoniana, la quale non entrava nelle leggi caducanti. E ciò noto per metter in paco Ottomano con Gajo.

Quanto di sopra si vede, e tutto quello che si vedrà impresso nel testo a carattere corsivo, era già stato aggiunto nelle edizioni fatte dal Lachman. ed a me si appartiene solo quanto fu aggiunto nel testo latino a carattere maiuscolo, locchè dico qui una volta per sempre.

Digitized by Google

§. 25. « Hi vero qui dediticiorum numero sunt, nullo modo *ex testamento* capere possunt, non magis quam qui liber, peregrinusque *est*; nec ipsi *testamentum* facere possunt, secundum *quod plerisque* placuit (1). »

---

(1) *Miror non omnibus, sed tantum plerisque placuisse dediticiis manumissis interdictum facere testamentum, cum Hadrianus vix id concedendum existimavit ex speciali gratia Latinis Junianis.* Gajus infra III. 65. *testamenti factionem negat dediticiis, quia incredibile videbatur pessimae conditionis hominibus voluisse legisdatorem testamenti condendi jus concedere. Sed ego dicerem impossibile testamentum dediticii, qui non solum servus obiit, patrono omnia peculii servilis jure restituturus, sed nec ex Senatusconsulto, nec ex Principis indulto civitatis jura assequi potest, prout continuo nos monet Gajus. De testamento autem Juniani disserit* Gajus Comm. III. 68.

---

§. 26. « Pessima itaque libertas eorum est, qui dediticiorum numero sunt: nec ulla lege, aut senatusconsulto, aut constitutione principali aditus illis ad civitatem romanam datur (1). »

---

(1) *Juniani ex iterata et justa domini manumissione, vel ex senatusconsultis, sive principis constitutionibus, vel ex Principis singulari gratia, prout infra videbimus, civitatem romanam non raro assequebantur. Dediticiis vero nulla esse poterat spes, prout inferius videbitur, et probant* Instit. §. ult. de libertinis.

---

§. 27. « Quin et in urbe Roma, vel *intra* centesimum

§. 25. « *I Deditizi però nulla prender possono per testamento, come nol ponno gli stranieri, benchè siano liberi, e molti* (1) *tengono che non possano testare.* »

---

(1) È a maravigliare che i più, e non tutti così pensassero, quando che Adriano disse che il testamento appena a' Giuniani si concederebbe per ispeciale grazia del Principe. Gajo nel *Comm. III. al* §. 65. ne dà questa ragione, che non sia a credersi abbia il Legislatore voluto conceder tanto ad uomini di mal affare. Ma io direi impossibile il testamento del Deditizio, il quale non solo avea da morire schiavo, affinchè per diritto di peculio servile tutto ricadesse al Padrone, ma nè per senatoconsulto, nè per indulto del Principe poteva mai conseguire civico diritto, come Gajo ci avvisa immantinente. Quanto poi al testamento del Giuniano, Gajo ne parla nel *Comm. III.* §. 68.

---

§. 26. « *È dunque pessima la condizione di cotesti deditizi, dacchè nè per alcuna legge, nè per senatoconsulto, nè per grazia del Principe ponno appressarsi alla cittadinanza Romana* (1). »

---

(1) I Giuniani con una seconda e regolare liberazione, o per un senatoconsulto, e per grazia del Principe, non di rado diventavano cittadini, ma a' deditizi non era speranza alcuna, come si vedrà, e provasi anche col §. *ult. Instit. de Libertinis.*

---

§. 27. « *Chè anzi è loro interdetto abitare in Roma, o av-*

urbis Romae miliarium morari prohibentur; et *si contra fecerint*, ipsi, bonaque eorum publice venire jubentur ea condicione, ut ne in urbe Roma, vel intra centesimum urbis Romae miliarium serviant, neve umquam manumittantur, et si manumissi fuerint, servi populi romani esse jubentur; et haec ita lege Aelia Sentia comprachensa sunt (1). »

---

(1) *Commentario non indiget.*

TITULUS X.

Quibus modis Latini ad civitatem romanam perveniant (1).

§. 28. « Latini multis modis ad civitatem romanam perveniunt (2). »

---

(1) *Rubricam partim deperditam restituit Lachmanni editio.*

(2) Ulpianus III. 1. *has recensuit causas, quibus Latinus adsciscere posset romanam civitatem, nempe ex Principis singulari gratia, vel ex domini liberalitate, si justa aetate expleta, iterum et solemniter ab eo fuerit manumissus, vel ex lege Junia si testatione interposita, quod liberorum quaerendorum causa nuptiae ab his initae sint, scilicet vel a Latino cum cive Romana, vel a femina cive cum Latino, et filius ortus fuerit, qui ad annum vitae perductus sit; vel ex lege, quam Ulpianus dixit Vi-*

vicinarsi trapassando il centesimo miglio, e contravvenendo son essi e i loro beni venduti all' incanto, a condizione che essi non abbiano a servire in Roma, o di qua dal centesimo miglio, e non sieno mai più liberati, e liberandosi abbiano a diventar servi del popolo Romano: tutte cose espresse nella legge Elia (1). »

---

(1) Qui non occorre illustrazione.

TITOLO X.

Per quali maniere i Latini salgano alla cittadinanza Romana (1).

§. 28. « *I Latini in molte maniere conseguono la cittadinanza Romana* (2). »

---

(1) Nelle edizioni del Lachman. la rubrica in parte smarrita era già ristorata.

(2) *Ulpiano III.* 1. ricapitolò queste cagioni, per le quali un Latino poteva salire alla cittadinanza. Prima per grazia singolare del Principe; poi se il padrone, scorsa l' età giusta, di nuovo il liberò nelle forme; in oltro, e per la legge Giunia, se premessa dichiarazione di venire a matrimonio per aver prole, o il Latino si ammogliò a una cittadina, o la cittadina si maritò a un Latino, e nacque figlio che varcò l' anno della sua vita; o per un' altra legge, che Ulpiano disse Visillia, od altri dissero

silliam, et alii dicunt Viselliam, quaeque lata est a. 777, imperante Tiberio, non autem Claudio, sicuti Schultingius credidit, si per sexennium inter vigiles Romae militaverit, quod tamen ad triennium perstrictum fuit Senatusconsulto a Claudio rogato, teste eodem Ulpiano; item ex eadem Claudii oratione si navem extruxerit decem m. modiorum, et ex ea, sex annis frumentum Antii portaverit; insuper si vel aedificium Romae extruxerit, vel Pristinum Romae instituerit; tandem ex Senatusconsulto si femina Latina ter enixa fuerit. Haec et Gajus h. t. *nos docet.*

---

§. 29. « *Statim* enim ea*dem* lege Aelia Sentia (1) cautum est, ut minores triginta annorum manumissi, *et* Latini facti, si uxor*es* duxerint vel cives Romanas, vel Latinas coloniarias (2), *vel ejus*dem condicionis, cujus et ipsi essent, idque testati fuerint (3), adhibitis non minus quam septem testibus, civibus Romanis puberibus (4), et filium procreaverint, *et* is filius anniculus (5) *fuerit*, per*mitt*atur *e*is, *si velint* per *e*am legem adire Praetorem, vel in provinciis Praesidem provinciae, et adprobare se e*x* lege Aelia Sentia uxorem duxisse, et ex ea filium anniculum habere: et si is apud quem causa probata est, id ita esse pronunciaverit, tunc et ipse Latinus, et uxor ejus, si et ipsa ejusdem *condicionis sit*, *et ipsorum filius, si et ipse ejusdem* condicionis sit, cives Romani esse jubentur (6). »

---

(1) *Quaenam sit haec lex disseritur infra* §. 68. *Forte de filio anniculo etiam lex Julia de M. Ord. loquuta est, sed de eo jam statuerat lex Aelia. Vide infra* d. §. 68.

(2) *Vel Coloniariae, vel Municipales, vel Junianae, non autem Deditieiae.*

(3) *Scilicet matrimonium iniri ad procreandam sobolem, prout apertius dixit* Ulpianus l. c.

Visollia, che fu sancita nel 777 sotto Tiberio, e non già sotto Claudio, come disse lo Scultingio, la quale diede il diritto della città al Latino che avesse servito nei Vigili in Roma per anni sei, ristretti poi da Claudio a tre soli, come attesta Ulpiano; in oltre, come propose lo stesso Claudio in Senato, se il Latino costrusse nave di dieci mila moggia, e per sei anni con essa portò frumento in Porto d' Anzo, o più ancora se costrusse casa in Roma, o v' istituì un forno pubblico, o finalmente se la femmina Latina ebbe tre figliuoli. Le stesse cose abbiamo in appresso da Gajo.

---

§. 29. « *Imperocchè secondo la legge Elia Senzia* (1) *il servo minore degli anni* 30, *che per la sua liberazione divenne Latino, se si ammogli o con una Latina colona, o sua pari* (2), *e avendone fatto dichiarazione* (3) *avanti sette testimoni cittadini, e puberi* (4), *abbia un figlio cresciuto all' età di un anno compiuto* (5), *ei potrà se il voglia andare avanti al Pretore, o nelle province avanti al Preside, provando di aver preso moglie secondo la legge Elia, e di avere il figliuolo di un anno. E se il Magistrato pronunzierà constare di tutto ciò, ei sarà cittadino, e lo sarà sua moglie, e lo saranno i suoi figli, se fossero essi pure Latini* (6). »

---

(1) Forse del figlio di un anno parlò anche la legge Giulia sui matrimoni, ma la legge Elia ne avea in precedenza disposto. Vedere in appresso il §. 68.

(2) O colona, o municipale, o giuniana, non però deditizia.

(3) Di prender moglie per aver prole, come lo disse Ulpiano nel luogo succitato.

Digitized by Google

(4) *Haec autem professio praemittenda erat mulieris traditioni.*

(5) *Anniculus dicitur qui extrema anni die inter vivos censetur: vide* l. 132. ff. de V. S.

(6) *Confer* prox. §§. 30. 66, et 78 Comm. I. *nec non* infra III. 5, et 75, *et insuper* Ulp. III. 2.

---

§. 30. « Ideo autem in ipso*rum* *filio* adiecimus, si et ipse *ejus*dem condicionis sit, *quia* si uxor Latini civis Romana *est*, qui ex ea nascitur, ex novo senatusconsulto, quod auctore Divo Hadriano factum est, civis Romanus nascitur (1). »

---

(1) *Confer* Ulp. III. 3. *Nota proinde:* primum; *legi Mensiae derogatum, ex qua filius ortus ex matrimonio civis et latinae, vel contra Latini et civis sequebatur deterioris parentis conditionem: secundo; amplius non requiri, si mater sit civis, declarationem parentum: tertio; ex Hadriani constitutione filium civis Romanae semper ex matre assequi civitatem, etiamsi deficiente connubio viri nuptiae consistere non potuissent.*

---

§. 31. « Hoc tamen jus adipiscendae civitatis Romanae etiamsi *soli* minores *tri*ginta annorum manumissi et Latini facti ex lege Aelia Sentia habuerunt, tamen postea Senatusconsulto, quod Pegaso et Pusione consulibus factum est, ETIAM majoribus triginta annorum manumissis latinis factis concessum est (1). »

---

(4) La dichiarazione doveva precedere il matrimonio.

(5) Annicolo dicevasi il bambino nell' ultimo giorno in cui compiva l' anno. *L.* 132. *ff. de V. S.*

(6) Vedere i prossimi §§. 30. 66. 78 di questo 1° Commentario, o il *Comm. III.* §§. 5. e 75, in oltre *Ulpiano III.* 2.

---

§. 30. « *Abbiamo detto se anche i figli fossero Latini, poichè per un Senatoconsulto di Adriano, se la moglie del Latino era cittadina, il figliuolo nasceva cittadino* (1). »

---

(1) Vedere *Ulp. III.* 3. *Gajo inf. I.* 77. È dunque da notare in primo luogo che fu derogata la legge Mensia, poichè per essa il figlio avrebbe avuto la condizione del genitore da meno; in oltre che dopo il Senatoconsulto non occorreva più, maritandosi cittadina, dichiarazione dei coniugi. Finalmente e in somma che secondo questa nuova costituzione il figlio della cittadina Romana era sempre cittadino, sebbene il marito mancasse del connubio.

---

§. 31. « *Questo privilegio della Romana cittadinanza, benchè impartito soltanto a' liberati che non avessero i trent' anni richiesti dalla L. Elia, e perciò fossero meramente Latini, fu esteso per altro anche a quelli che avessero varcato quell' età da un Senatoconsulto fatto sotto il consolato di Pegaso, e di Pusione* (1). »

---

(1) *Haenel* (Corpus Legum Lips. 1857. p. 59.) *recensitis locis quibus memorantur Senatusconsulta Pegaso et Pusione Coss. facta, fatetur annum hujus consulatus determinari non posse. Ex Justiniani tamen* Instit. de fideic. hered. §. 5. *scimus Pegasum et Pusionem insimul fasces habuisse Vespasiano Imperante. Insuper Pomponius* L. 1. §. ult. de O. J. *eumdem Pegasum memorat Praefectum Praetorii sub Vespasiano, et Praefectura illa nisi consularibus dari consueverat. Elatum est proinde hoc Senatusconsultum ante finem anni* 832, *quo Vespasianus vitam cum morte commutaverat, sicuti antecesserat SC. supra memoratum, quo Hadrianus civitatis jus elargitus est. Sed cum nihil aliud hucusque de aetate hujus SC. ab eruditis determinari potuisset, maxima cum admiratione reperio in tertia Italica, nempe in Veronensi Gaii editione, percelebrem consulatum Pegasi et Pusionis relatum anno* 828 *U. C. Exposco igitur ab egregio editore Veronensi ut ostendere dignetur quibus argumentis initatur tam pro eruditis momentosa ejus adsertio.*

---

§. 32. « Ceterum etiamsi ante decesserit Latinus, *quam* anniculi *filii* causam probarit, potest mater ejus causam probare, et sic et ipsa fiet civis Romana, ET DEFUNCTI SUCCESSIONEM ASSEQUI POTERIT EJUS FILIUS (1). »

---

(1) *Vide infra.*

---

§. 32 *bis*. « MATER AUTEM, VEL EA QUOQUE DEFUNCTA, ipse filius, cujus JUSTA SIT AETAS, debet causam probare, ut DE OMNIBUS CONSTET, QUAE de filio anniculo STATUTA SUNT, VOCATIS CORAM PRAETORE, VEL PRAESIDE PROVINCIAE illis, JAM EJUS PARENTIS dominis, QUIBUS JURE Quiritium SUCCESSIO LIBERTI PER-

(1) Haenel *Corp. Leg. Lips.* 1857 *pag.* 59. raffrontando i molti luoghi nei quali si parla di questo consolato conclude non potersene determinare l' anno. Nelle *Istit. de fideic. hered.* §. 5. dicesi chiaro che Pegaso e Pusione ebbero il consolato sotto Vespasiano; Pomponio ricorda Pegaso Prefetto del Pretorio sotto lo stesso Imperatore, e tale carica soleva darsi a uomini consolari. Questo Senatoconsulto dunque precedette la morte di Vespasiano accaduta nell' a. 832, come precedette altresì il Senatoconsulto di Adriano, di cui Gajo parlò nel paragrafo antecedente, non che le altre disposizioni che furono larghe della Romana cittadinanza. Ma se fin' ora nulla di più potè dagli eruditi stabilirsi sulla data di questo SC. fui sommamente ammirato di trovare nella terza italiana edizione di Gajo, e cioè nella Veronese, riferito all' anno 828 il celebre consolato di Pegaso, e di Pusione. Prego quindi l' egregio editore Veronese a degnarsi di partecipare su quali monumenti abbia egli fatto scoperta sì desiderata dagli eruditi.

---

§. 32. « *Ma ancorchè il Latino sia morto senza aver provato la causa del figliuolo di un anno, la madre potrà farne le prove, sia per venire essa alla cittadinanza, sia perchè suo figlio col diritto della suità conseguir possa l' eredità del defunto* (1). »

---

(1) Vedi appresso.

---

§. 32 bis. « *E se la madre fosse morta anch' essa, il figlio giunto a età giusta potrà far egli la causa, facendo tutte le prove avanti al Pretore, o al Preside della provincia, chiamati quei Patroni del defunto suo padre, ai quali per la legge dei Quiriti avrebbe potuto appartenere la successione. E se non giunse alla pubertà, sarà alimentato, e la causa sarà dif-*

TINUISSET. SI AUTEM PUBERTATEM NONDUM ATTIGERIT, ERIT ALENDUS, ET CAUSA DIFFERENDA, ET INTERIM VEL IPSI SERVANDA ERIT POSSESSIO IN BONIS DEFUNCTI, DUMMODO PRO EO caverit IDONEUS VINDEX, EUMDEM, SI CAUSA CADERIT, RESTITUTURUM in ejus locUM SUCCESSURIS BONA DEFUNCTI, VEL INTERIM POSSESSIO AUT HIS PRAEDIS ACCEPTIS DATUR, AUT DEPONITUR APUD CURATOREM (1). »

---

(1) *Si excipias pauca verba ordinario charactere impressa, reliqua hujus, et praecedentis §. divinatus sum, inixus et L. Juniae Norbanae, qua Latinus factus imperfecta manumissione suum habere heredem non potest, et Carboniano edicto, ex quo pupilli paternitatis controversia differri debet ad tempus pubertatis, tandem ex his, quae de interina possessione, et de cautionibus Ulpianus animadvertit* l. 5. §. 2. ff. de Carb. edicto. *Utique commercium datum fuit Latinis coloniariis, et Junianis, teste* Ulp. XIX. 4; *insuper et conubium Latinis porrectum ex Senatusconsulto; sed ea quae de hereditate Juniani statuta jam fuerant minime mutata fuere, vel patronorum successioni minime fuit derogatum, ideoque probationibus deficientibus, Juniani filius per patronum defuncti a successione arcebatur si ei deficeret probatio. De his inferius denuo disserendum: pro nunc conf.* Gaii III. 5.

---

§. 33. « Aedificio (1) EXTRUCTO (2), QUO JUNIANUS non minus quam partem SEMISSARIAM (3) patrimonii *sui* impenderit, jus *Quiritium* UT *consequatur* STATUTUM EST PER SENATUSCONSULTUM CLAUDIANUM (4). »

---

(1) *Etiam huic, et sequent. §§. ut integrarentur, operam navavi. Conf.* Ulp. III. 1.

Digitized by Google

ferita, ma nel frattanto il possesso o sarà a lui mantenuto, se alcuno si faccia mallevadore della restituzione a causa perduta, o sarà dato, non senza sigurtà, a quelli che in suo luogo dovrebbero ereditare, o si deporrà presso un curatore (1). »

---

(1) Poche parole meno, che veggonsi decontro impresse a carattere ordinario, io indovinai di pianta questo paragrafo, e in parte il procedente, appoggiandomi alla legge Giunia, che tolse i beni al Latino nel punto della sua morte, o all' editto Carboniano, che vuol differita alla pubertà la causa dello stato, salvi gli alimenti, e provveduto colle cauzioni al possesso, come nella *L.* 5. §. 2. *ff. de Carb. edicto.* E di vero: se a Latini coloniari e Giuniani fu dato per Senatoconsulto il commercio, e il connubio, non però fu derogato alle leggi Elia o Giunia, che avean disposto sull' eredità del liberato colla sola latinità. Ma ne discorreremo nel *Comm. III.* §. 5.

---

§. 33 (1). « *Costrutto dal Giuniano un edificio* (2), *nel quale egli abbia speso non meno della metà* (3) *del suo patrimonio, per Senatoconsulto di Claudio egli acquista la cittadinanza* (4). »

---

(1) Anchè per completare questo §. e i seguenti ebbi a faticare. Vedere *Ulp. III.* 1.

(2) *Scilicet Romae, vel in ejus continuatione, ex* L. 139. ff. de V. S.

(3) *Si verbum hoc non esset deperditum, definita esset contentio an pro aedificio impendenda esset semissaria, vel sextantaria, vel semisdecima pars. Ex communi tamen sententia semissariam posui.*

(4) Maurus de jur. lib. cap. XIX. *haec non intelligere ex Ulpiano confitebatur. Alii hoc legi Iuliae, alii SC. Tertylliano referebant. Gajus vero litem composuisse videtur.*

---

§. 34. « Frumenti PRISTINO EXTRUCTO, ad jus Quiritium PERVENIRI CLAUDIUS IMP. CONCESSIT (1). »

---

(1) *Pristini mentionem hunc ad effectum fecit* Ulp. III. 1. *De Panificio disserit* Varro IV. 22. *Pistores Romae non fuisse usque ad bellum Persicum notat* Maur. d. cap. XIX. *nescio quo fundamento. Pistoris autem munus propudiosum aestimabatur. Enimvero Antonius despiciens Augusti maternam originem, proavum ejus Afri genere fuisse, et modo unguentariam tabernam, modo pristinum Ariciae exercuisse objiciebat, teste* Svetonio Aug. 4, *qui in* Calig. 39. *meminit pristinentium jumentorum. Sed si ditiorum domibus pani condendo mulieres vel servi operam praebebant, plebi prospiciendum erat, ex populi ignavia, publicis sumptibus, ut publici servi panem conficerent, et venderent in Aedificiis, quaque in regione distributis, quae sano judicio Theodosius dirui jussit. Hinc Claudius, plebis mota metuens, Iunianos civitatis praemio incitatus est.*

---

§. 34 *bis*. « SICUTI EX IPSIUS PROVIDENTIA IS QUI NAVEM DECEM M. MODIORUM EXTRUXERIT, ET FRUMENTUM ANTII PORTAVERIT PER SEX ANNOS, JUS QUI-

(2) Intendi bene in Roma, o nei sobborghi. *L.* 139. *ff. de V. S.*

(3) Se questa parola di Gajo non si fosse perduta, sarebbesi finito di contendere sulla quota che il Latino avesse dovuto erogare nell' edifizio. Alcuni tennero fosse la metà, altri la sesta, altri la vigesima. Io mi attenni alla metà secondo la più comune.

(4) *Mauro de jur. lib. cap. XIX.* diceva di non comprendere come Ulpiano riferisse questa disposizione a Claudio; alcuni la riportavano a legge Giulia, altri a un SC. Tertuliano. Gajo avrebbe posto la cosa in chiaro.

---

§. 34. « *Claudio concedette la cittadinanza anco a chi mettesse in Roma un forno pubblico* (1). »

---

(1) Anche Ulpiano parlò del forno *III.* 1. Sul panificio scrisse *Varr. IV.* 22. *Mauro nel d. Cap. XIX.* dice, non so con quale fondamento, che non fossero fornai in Roma fino alla guerra Persiana. Il mestiere del fornaio tenevasi per vile. Antonio rimproverava ad Augusto, come dice *Sret. Aug.* 4, che dal lato materno scendesse da un africano, il quale ora avesse avuto uno spaccio d'unguenti, ora un forno all' Ariccia. Lo stesso Svetonio in *Calig.* 39. rammenta i somieri dei fornai. Benchè i ricchi facessero far pane in casa dalle donne, e dagli schiavi, era però tanto accidiosa la plebe, che bisognava a spese del pubblico, e dai servi pubblici far pane, e venderlo in edifizi disposti in ogni quartiere. Ma Teodosio con sano giudizio li fece disfare. Claudio però pauroso delle insurrezioni popolari eccitò i Giuniani ad aprir forni.

---

§. 34 bis. « *Fu altresì per suo provvedimento che giungesse alla cittadinanza quel latino che costruisse una nave di diecimila moggia, e con essa per sei anni portasse frumento al*

RITIUM *consecutus* EST (1). ET MULIER QUAE NAVE EXTRUCTA ID PORTARE FECERAT, UTPOTE TRES, VEL IMMO QUATUOR LIBEROS ENIXA, jus Quiritium fuerit ASSEQUUTA (2). »

---

(1) *Ex eodem Svetonio* (Claud. 18.) *habemus hunc annonae curam sollicitissime egisse; suscepit enim in se damnum, si quid per tempestates accidisset, nec non naves mercaturae caussa fabricantibus, et exercentibus magna commoda impartitus est.*

(2) *Jam ex lege Julia jus civitatis Romanae impartitum fuit Latinae civi nuptae, si ter enixa, quartato autem enitenti jus testamenti condendi. Ideo conjectavi Gajum docuisse haec porrecta feminis ex frumentario commercio. E temporibus ideo variantur mores et statuta, cum olim a Q. Claudio Plebiscitum rogatum fuerat, quo prohibitum Senatoribus quominus navem extruxissent majorem amphoris CCC.*

---

§. 35. « *Si quis alicujus et* in bonis, et ex jure Quiritium sit manumissus, ab eodem scilicet et Latinus fieri *potest*, *et* jus Quiritium consequi (1). »

---

(1) *Id constituit lex Junia. Ait enim* Tacit. Ann. XIII. 27. « Olim « manumittendi duas species institutas, ut relinqueretur poenitentiae aut « novo beneficio locus. » Vet. Jurisconsultus, ex Maj. Fragm. §. II. *profitetur opus esse bonitario et quiritario dominio, et subdit* §. 16 *quod manumissus inter amicos Latinus erit, sed ei perfecta erit libertas, si iterum vindicta, vel testamento manumittatur. Objici ideo potest: si ex minus solemni manumissione servus, usque quo vivat sui factus est dominus, quomodo patronus cui desinit saltem dominium bonitarium, poterit vindicta manumittere? Ait* Tacit. loc. cit. « Quos vindicta patro- « nus non liberaverat veluti vinculo servitutis attineri » *Suo ideo jure*

porto d' Anzio (1). *Anche alla femmina, che simile industria facesse esercitare, consentì quello stesso favore chè avevano le madri di tre, anzi di quattro figli* (2). »

---

(1) Lo stesso Claudio zelantissimo dell' annona, come abbiamo da Svetonio nella di lui vita (18), fece molto in pro dei commercianti; imperocchè gli assicurò dai danni della tempesta di mare, e altri favori impartì a' fabbricatori delle navi, e a' naviganti.

(2) La legge Giulia non solo impartì la cittadinanza alla latina che fosse madre di tre figliuoli, ma anche il far testamento a quella che avesse partorito quattro volte. Gajo però, se mal non mi apposi, avrebbe detto che Claudio impartisse eguali favori alle donne che si dassero al commercio dei grani. E però vedi come variano i costumi. Un Q. Claudio fece per plebiscito vietare a' Senatori fabbricar navi di oltre trecento anfore.

---

§. 35. « *Uno che appartenga al suo padrone e per dominio naturale, e per dominio Romano, può nella sua liberazione esser fatto o Latino, o Cittadino* (1). »

---

(1) Ciò fu consentito dalla legge Giunia, dicendo *Tacito Ann. XIII.* 27. essersi anticamente istituite due maniere di liberare, perchè rimanesse aperto o il nuovo beneficio, o il pentimento. Nel frammento dell' antico Giureconsulto discoperto dal Mai dicesi necessario alla liberazione dello schiavo il dominio bonitario, e il dominio quiritario, ed ivi aggiungesi al §. 16, che la privata liberazione, per la quale lo schiavo fosse divenuto latino, sarebbe perfezionata se di nuovo gli fosse data la libertà o colla vendetta, o col testamento. Però potrebbe obbiettarsi: se il servo colla privata sua liberazione è già divenuto per tutta la vita padrone di sè stesso, come dunque potrà il

patronus utebatur ex lege Junia, cum iterum liberasset. Si vero post legem manumissus bonitario jure pollebat, non ipse injuria afficiebatur, immo cum iteratae manumissionis particeps erat et ipse, nihil deerat. Porro Ulp. III. 4. *testatur id concessum ex Senatusconsulto.*

TITULUS XI.

Quibus ex caussis manumittere non liceat.

§. 36. « *Non tamen cuicumque volenti manumittere licet* (1). »

---

(1) *Lachmanni editionibus hic §., jam deperditus, inlatus est ex* Instit. I. 6. princ. *Ego rubricam erui eodem ex fonte.*

---

§. 37. « *Nam is qui* in fraudem creditorum, vel in fraudem patroni, manumittit nihil agit, quia lex Aelia Sentia impedit libertatem (1). »

---

patrono liberarlo, ad onta che siagli venuto meno il dominio bonitario? Tacito nel luogo suaccennato soggiungeva, che il padrone già teneva come in ischiavitù colui che liberò senza la vendetta. Dunque a termini della legge Giunia il padrone aveva facoltà di liberare di nuovo; e se dopo quella legge il dominio bonitario era passato al servo, per certo a costui non facevasi ingiuria colla nuova liberazione, anzi concorrendovi anco costui, nulla mancava. In fine poi *Ulpiano III.* 4. attesta essersi ciò stabilito per un Senatoconsulto.

TITOLO XI.

Per quali cagioni non si possa manomettere.

§. 36. « *Non però può manomettere chiunque il voglia* (1). »

---

(1) Nelle edizioni del Lachmanno questo §. già porduto fu tratto dalle *Istit. I.* 6. Io dallo stesso luogo ho tolto la rubrica.

---

§. 37. « *Chi liberi lo schiavo in frode del patrono, o dei creditori nulla procaccia, poichè la legge Elia Senzia impedisce la libertà* (1). »

Digitized by Google

(1) *Laudatis Lachmanni editionibus verba haec addita sunt ex* Instit. tit. cit., *et ex* Ulp. I. 15. *Sed Justinianus forte quia sustulerat discrimen inter Romanam, Dediticiam, et Junianam libertatem, reticuit fraudem patronis illatam, quam* Ulp. loc. cit. *non praetermisit. Sed fraus fieri poterat legi, patrono, vel creditori. Legi, si servus manumitteretur ut a quaestione eximeretur*, l. 12. §. 1. ff. qui et a quib. manum.; *patrono, si libertus in servitutem vindicari consenserit, vel se vendiderit, ut manumitteretur a complice, et operis, vel falcidia legitimus patronus frauderetur; creditori prout obiter* l. 10. et l. 26. ff. eod. *Opera stipulari ex manumissione licebat domino*: Tot. tit. ff. de op. libert. *Falcidia patrono debita olim erat semissaria, postea fuit tertia, si libertus suos non haberet.*

---

§. 38. « Item eadem lege (1) minori XX annorum domino non aliter manumittere permittitur, quam si vindicta (2) aput consilium justa caussa manumissionis adprobata fuerit. »

---

(1) *Concord.* Ulp. I. 13. *Plenius vero* Majan. Fragm. Vet. Jurisc. §. 15, *cujus referam verba* « Miner viginti annorum manumittere non potest nec vindicta, nec testamento; itaque nec latinum facere potest; tantum enim apud consilium manumittere potest servum suum caussa probata » *Concordat insuper* Instit. I. 6. 4, *quo tamen pluribus inlegitur codicibus* — fuerit manumissi — *et quibusdam* — fuerint manumissi. — *Ego tamen absque coma libenter legerem* — fuerit manumissio. —

(2) *Vindicta nec ipsa prodest minori ut juste manumittat, quamvis legis actione utatur; nam consilii adprobatio requiritur. Vide infra* §. 41. *De consilio hujusmodi vide supra ad* §. 20.

---

(1) Nelle lodate edizioni del Lachmann. anche le parole di questo §. sono state tolte dalle *Istit. cit. tit.* e da *Ulp. I.* 15. Ma Giustiniano, forse perchè voleva fare sparire ogni divario fra le libertà Romana, Latina, e Deditizia, tacque la frode al patrono, che Ulpiano però non pretermise. La frode poteva accadere di fronte o alla legge, o al patrono, od al creditore. Alla legge infatti, se per esempio il servo fosse liberato per sottrarlo alla tortura: *l.* 12. §. 1. *ff. qui et a quib. manum.*; al patrono, se il liberato consentisse di essere rivendicato come schiavo, o si vendesse per farsi dal suo complice manomettere, e frodare il vero patrono delle opere, o della falcidia; al creditore come ne danno ovvii esempii la *l.* 10. *e la l.* 26. *ff. de oper. libert.* Nella manomissione il patrono poteva stipulare opere dal liberto: *tot. tit. ff. de op. libert.*; ed al patrono che morisse improle, spettava per falcidia anticamente la metà, poi la terza parte.

---

§. 38. « *Inoltre il minore* (1) *di vent' anni non può per la stessa legge liberare, fuorchè innanzi al Magistrato* (2), *dopo che la vendetta sia stata per giusta cagione approvata da un consiglio.* »

---

(1) Concord. *Ulp. I.* 13. Meglio però il frammento dell'antico Giureconsulto che avemmo dal Mai §. 15, del quale ecco le parole. *Il minore di 20 anni non può liberare nè per la vendetta, nè per testamento. Quindi non può liberare servo alcuno, e non può tampoco farne un latino; imperocchè non può affatto liberare senza che il consiglio ne approvi il motivo.* Inoltre concorda il §. 4° dello *Istit. I.* 6. nel quale però incontrasi svariata lezione, che io risolverei tolta l' ultima virgola, e leggendo in fine *manumissio* invece di *manumissi.*

(2) Nè giova tampoco il rito della vendetta, affinchè il minore manometta efficacemente, sebbene usi un' azione della legge, poichè è necessaria l' approvazione del consiglio. Veggasi inferiormente il §. 41, e su questo consiglio il §. 20.

---

§. 39. « Justae autem caussae manumissionis sunt, veluti si quis patrem, aut matrem, aut paedagogum, aut coulactaneum manumittat: sed et illae caussae, quas superius in servo minore XXX annorum exposuimus, ad hunc quoque casum, de quo loquimur, adferri possunt. Item ex diverso hae caussae, quas in minore XX annorum domino retulimus, porrigi possunt et ad servum minorem XXX annorum (1). »

(1) *Vide supra* §. 19, *et confer* Instit. d. §. 5. h. t.

§. 40. « Cum ergo certus modus manumittendi minoribus XX annorum dominis per legem Aeliam Sentiam constitutus sit: evenit, ut qui XIIII annos aetatis expleverit, licet testamentum facere possit, et in eo heredem sibi instituere, legataque relinquere possit, tamen si adhuc minor sit annorum XX, libertatem servo dare non possit (1). »

(1) *Tribonianus pessimo argumento hoc absurdum censuit; sed aliud est servum legare, aliud est ei prodigare libertatem. Perperam vero Justinianus vetus temperavit jus, facultatem elargiens ei qui XVIII annum explevit.* Inst. §. 7. h. t. *Melius enim erat vel non tangere, vel penitus evertere.*

§. 41. « Et quamvis Latinum facere velit minor XX annorum dominus, tamen nihilominus debet aput consilium

§. 39. « *Le giuste cause sono, se uno abbia a liberare suo padre, sua madre, il suo pedagogo, o un fratello di latte. E quelle cagioni, che abbiam dette acconce per liberare il servo non trentenne, si ponno applicare al padrone minore dei 20 anni, e viceversa le cagioni che dicemmo onestare la manomissione fatta dal padrone minore dei 20 anni, ponno applicarsi al servo minore dei trenta* (1). »

---

(1) Vedere di sopra il §. 19, e le Istituzioni §. 5 di questo titolo.

---

§. 40. « *Essendo però stabilito dalla legge Elia di quale maniera possa il minore dei 20 anni liberare il servo, ne consegue che colui, il quale compì l' anno quattordicesimo, benchè possa facendo testamento istituirsi un erede, e far legati, non può per altro dare la libertà ad un servo, finchè non abbia varcato i vent' anni* (1). »

---

(1) Triboniano in ciò vide un assurdo, ma a torto: conciossiachè altro è lasciare un servo per legato, altro prodigargli la libertà. Malamente però Giustiniano volle temperare l' antico divieto restringendolo dai 20 ai 18 anni; Istit. §. 7. di q. t. Meglio era o non toccare, o disfare.

---

§. 41. « *E quand' anche il minore di vent' anni volesse fare un latino, dee sempre provare la causa avanti il consi-*

Digitized by Google

caussam probare, et ita postea inter amicos manumittere (1). »

---

(1) *Confer* cit. Fragm. vet. Jurisc. §. 15. *et quae supra notavi ad* §§. 18. et 38. *et vide quae superius addidi ad* §. 19.

TITULUS XII.

De lege Furia (1) Caninia.

§. 42. « Praeterea lege Furia Caninia certus modus constitutus est in servis Testamento manumittendis. »

---

(1) *Perperam in PP. Flor. haec lex scripta est* Fusia. *Enimvero* Instit. Just. et Teoph. *nec non* Fragm. Ulp. I. 24. *legitur, prout in Gaii textu,* Furia Caninia, *et haec duo nomina legem sumpsisse constat a Furio Camillo, et a C. Caninio Gallo Coss., et tributim fuisse jussam anno* 761 *U. C. imperante Augusto;* Dion. LIV. 10. Svet. Aug. 4. *Dicta autem et Caninia, ne esset ononima cum alia Furia, jussa anno* 608, *qua cautum ne Augures omen sumerent diebus festis, neve ex fraude comitia prolaberentur ab illis ex calliditate Senatus, denunciantibus plebi tristia concinuisse aves. Tribonianus illam legem improbavit, eamque sustulit* Instit. I. VII. *ut invidiam tolleret, quum vivis liceret totam familiam liberare, morientibus autem hujusmodi licentia adempta. Sed cum plerique morientes insano tumore plebi restituerent servorum multitudinem, ut pileata*

glio, e poscia liberarlo privatamente (1). »

---

(1) Vedere il citato frammento dell' antico Giureconsulto §. 15, e quello che dissi di sopra ai §§. 18 e 38. non che quanto notai al §. 19.

TITOLO XII.

Della legge Furia (1) Caninia.

§. 42. « *E in oltre la legge Furia Caninia pose essa pure una misura alla liberazione degli schiavi per testamento.* »

---

(1) Malamente fu scritto nelle PP. Fiorentine FUSIA, dacchè nelle Istituzioni di Giustiniano, in quelle di Teofilo, come in Gajo, e così pure in Ulpiano si legga Furia Caninia, e sia noto che assunse i due nomi da Furio Camillo, e da C. Caninio Gallo, che furono Consoli nell' anno 761 sotto Augusto: *Dion. LIV.* 10. *Svet. Aug.* 4. e che si volle dirla Caninia affinchè non si confondesse con quell' altra Furia, dell' anno 608, colla quale per forviare le astuzie del Senato erasi vietato agli auguri d' esplorare il cielo durante il comizio, per iscioglierlo, venendo a dire che gli uccelli cantavano in sinistro. Questa dei servi non piacque a Triboniano, e fu tolta via nelle istituzioni per lo sconcio che il vivo potesse liberar tutta la sua gente, e il morto no. Siccome però gli antichi per insano orgoglio riempivano la plebe di orcini, affino

turba orcinorum feretrum comitaretur, ideirco ex XII tab. jam provisum, et Augusto imperante altera lex prudenter lata est, antiquo juri consona, et temporibus accomodata.

---

§. 43. « Nam (1) ei qui plures quam duos, neque plures quam decem servos habebit, usque ad partem dimidiam ejus numeri manumittere permittitur: ei vero qui plures quam X, neque plures quam XXX servos habebit, usque ad tertiam partem ejus numeri manumittere permittitur: at ei qui plures quam XXX, neque plures quam centum habebit, usque ad partem quartam MANUMITTENDI POTESTAS datur. Novissime ei qui plures quam C habebit, nec plures quam D AB EA LEGE NON AMPLIUS permittitur quam ut quintam partem, neque plures MANUMITTERE. Sed praescribit lex ne cui*quam* (2) plures manumittere liceat quam C (3). *E contra* si quis unum servum omnino aut duos habet, UTRUMQUE POTEST MANUMITTERE, et ideo liberam habet potestatem manumittendi. »

---

(1) *Textum integravi, ut lector videt, ex concordata sententia* Ulp. I. 24. Pauli sent. IV. 14. 1. et Epit. I. 2. in princ. *Paulus tamen concinne et brevius rem explicuit.*

(2) *Ex prima editione sumpsi* cuiquam, *tametsi in posterioribus legatur* cui.

(3) *Tametsi, teste Seneca de animi tranquillitate, fuissent familiae viginti m. servorum; attamen cohibita tantopere fuit facultas ex testamento. Ideo laudanda Taciti Imp. religio, qui pluribus quam C servis noluit libertatem legare, etiamsi haec lex militis testamentum non afficeret.*

Digitized by Google

di avere un lungo codazzo appresso il feretro, così dopo che avevano provveduto anticamente le XII tavole, Augusto volle dar nuovo provvedimento acconcio ai tempi.

---

§. 43. « *Onde* (1) *quegli che avesse più di due schiavi, meno però di 10 potesse liberarne sol la metà; quei ne avesse dai 10 ai 30 potesse liberarne una terza parte; chi ne avesse sopra 30, ma non più di 100, potesse liberarne una quarta parte; in fine chi ne avesse dai 100 ai 500, avesse facoltà di liberarne la quinta parte. Ma prescrisse la legge che niuno* (2) *potesse dare la libertà più che a 100* (3); *per contro però chi avesse un servo, o due potesse liberarli amendue, senza trovare nella legge impaccio alcuno.* »

---

(1) Integrai anche questo §. valendomi di *Ulp. I.* 24. di *Paolo sent. IV.* 14. 4. e dell' epitome. Osservo che Paolo su questo argomento fu più elegante, e più conciso.

(2) Dalla prima edizione ho desunta la parola *cuiquam*, quantunque nelle posteriori si legga *cui*.

(3) Abbenchè attesti Seneca nel libro della tranquillità dell'animo, che vi fossero signori di 20 m. schiavi, la facoltà di liberarli per testamento fu così ristretta. Fu però a lodare la probità dell' Imp. Tacito, che volle osservare la legge, abbenchè questa non s' estendesse al testamento militare.

---

§. 44. « Ac nec ad eos *quidem* (1) omnino haec lex pertinet, qui sine testa*mento* manumittunt (2). Itaque licet iis qui vindicta, aut censu, aut inter amicos manumittunt, (3) totam familiam suam liberare: scilicet si alia (4) caussa non impediat libertatem. »

(1) *Phrasem ex* §. 97. Comm. IV. *sumpsit editio anni* 1855.
(2) *Lex frenum injecit tantummodo superbis morientibus.*
(3) *Viventes enim non praesumuntur jactare mancipia.*
(4) *Si fraus, vel aetas scilicet non obsit.*

§. 45. « Sed quod *de* numero servorum testamento manumittendorum diximus, ita intell*egemus*, *ut ex eo* numero, ex quo dimidia, aut tertia, aut quarta, aut quinta pars liberari *potest*, *utique tot manumittere* liceat, quot ex antecedenti numero licuit; et hoc ipsa *lege pro*visum est. Erat enim sane absurdum, ut X servorum domino quinque liberare liceret, quia usque ad dimidiam partem (*ex eo*) numero manumittere ei conceditur, *contra* vero XII servos habenti non plures liceret manum*it*tere quam IIII: et eis qui plures quam X, neque ULTRA XXX LICEAT MANUMITTERE USQUE AD X, DUM DENEGATUR PLURES QUAM OCTO VEL NOVEM EI QUI HABEAT XXXIX VEL IMMO LEX liberari concedat XXV AB EO QUI C HABEAT, ET VIX XX HABENTI SUPRA C USQUE AD CXXV (1). »

(1) *Ajunt post hunc* §. *deperditam fuisse paginam, sed ego eam partim hic, et partim referendam censeo post* §. 55. *Quoad* §. *hunc, postea quam eum aliquis verbis replevere Blum., et alii, ego*

§. 44. « *Questa legge però* (1) *non s' estende alle libertà date fuori del testamento* (2); *di tal che uno può colla vendetta, o al censo, o privatamente liberare la famiglia intera* (3) *salvo che vi fosse altro impedimento* (4). »

---

(1) Nel testo latino mi acconciai all' edizione del 1855.
(2) Questa legge intese unicamente a frenare l' orgoglio dopo morte.
(3) Non si presume che i vivi buttino il loro.
(4) Cioè se frode, o età non impediscano.

---

§. 45. « *Ciò per altro che si dice sul numero dei liberabili, s' intenderà prese a parte le quantità per le quali possa liberarsi o la metà, o il terzo, o il quarto, o il quinto, e quelli a questi aggiungendo, locchè nella legge fu espresso, onde forviare lo sconcio che chi abbia* 10 *servi possa liberarne la metà che è di cinque, e chi ne abbia dodici possa liberarne sol quattro, o quelli che ne hanno più di dieci, e non più di trenta possano liberarne dieci, e avendone trentanove otto o nove al più; che anzi la legge ne consentirebbe appena* 25 *a chi ne avesse cento, e appena venti a chi ne avesse fino centoventicinque* (1). »

---

(1) Dicono qui smarrita una pagina posteriore a questo paragrafo, e in parte supplirò qui, e in parte dopo il paragrafo 55. Quanto al presente paragrafo Blum., ed altri lo aveano già rassettato in parte,

omnimodo integrari curavi. Noto insuper Capitonis, et Labeonis aevo legum datores operam navasse ut hic memorata absurditas emenderetur; sed nec Tribonianum vidisse, nec per multa saecula aliquem unquam emendavisse abnormitatem persimilem, qua legitima portione semis datur quinque, et triens quatuor filiis. Ceterum Heineccius Antiq. h. t. *in propatulo posuit numeros manumittendorum gradatim excrescentes. Quod hoc §. nos docuit Gajus, cohaeret* Ulp. I. 24. *nec non* Epit. I. 2. *Evulgabatur enim epitome illud Gallia et Hispania, ubi lex F. C. vigebat, cum Justiniani Constitutio in Cod. et in Instit. relata, illis regionibus vim numquam obtinuisset.*

---

§. 45 *bis.* « SED SI ALIQUIS TESTAMENTO PLURES MANUMITTERE VOLUERIT, QUAM QUOT CONTINET NUMERUS LEGE PRAEFINITUS, ORDO SCRIPTURAE OBSERVANDUS, UT ILLIS TANTUM (1) LIBERTAS VALEAT QUI PRIUS SCRIPTI REPERIANTUR. »

---

(1) *Gaii sententia repletionem exposcebat, eamque hoc §. et anteced. complevi ex* Ulp. I. 25. *ex* Paul. Sent. IV. 14. *et ex* Epit, I. 2. 3. *Profecto nominandi, vel saltem demonstrandi erant manumissi,* Paul. loc. cit. *Itaque cum omnes insimul taxam excederent, aut secerni poterant primi honorati ab ultimis, et quod utile ab inutile erat divisum, non corrumpebatur; aut non poterant primi ab ultimis cerni, et nemini libertas dabatur. Puta testatorem libertatem dedisse Textoribus, et Sarcinatoribus. Si utrique legem excedebant, non autem soli Textores primum designati, hi erant liberi; sed si soli Textores exuberabant, nec hi liberi fiebant. Peraeque alienationes insimul redundantes in fraudem creditorum, vel donationes taxam legis Cintiae excedentes, non omnino corruebant, sed in ultimas ferebatur falx, usquequo satis. Adde argum.* L. 42. et L. 43. ff. de hered. instit.

---

ed io non ebbi che a compier l' opera. Ai tempi di Capitone o di Labeone si capivano, o si correggevano le assurde sproporzioni, ma Triboniano non capì quanto fosse assurdo che i figliuoli avessero la loro legittima un sol terzo se erano quattro, o la metà se erano cinque, e per molti secoli niuno corresse lo sconcio. Del resto Heineccio nelle antichità fece la scala dei numeri applicabili a questa legge. Ciò che è detto in questo §. trovasi anche in *Ulp. tit. I.* §. 2. 4. e trovasi nell' *Epitome I.* 2, poichè la legge vigeva in Francia, e in Ispagna, ove l' epitome fu divulgato, non essendo colà pervenuta l' abolizione di questa legge fatta da Giustiniano nelle Istituzioni.

---

§. 45 bis. « *Ma se alcuno avrà voluto liberare più servi che non poteva, si osserverà l' ordine della scrittura, affinchè sieno liberati soltanto i primi fino alla quantità permessa* (1). »

---

(1) La sentenza di Gajo desiderava un supplemento, che io feci in questo, e nell' antecedente §. ispirato da *Ulp. I.* 25. da *Paolo nelle Sent. IV.* 14. e dall' *Epit. I.* 2. 3. Di certo i servi manomessi dovevano nominarsi, o dimostrarsi, come notò Paolo nel luogo succitato. Perciò se tutti insieme eccedevano la tassa legale, ma i primi nominati erano distinti dagli ultimi, l' inutile non poteva viziare l' utile da cui era separato; e se non potevano separarsi quelli da questi, il lascio era inutile per tutti. Per es. il testatore lasciò la libertà ai suoi servi tessitori, e sartori; se presi insieme quelli e questi il numero eccedeva, ma nol superavano i tessitori designati per primi, questi soli erano liberi. Ma se anche il numero dei soli tessitori era esuberante, nissuno conseguiva la libertà. Così se le alienazioni prese insieme ridondavano in danno dei creditori, o le donazioni fossero eccessive di fronte alla legge Cinzia, si portava la falce sulle ultime andando indietro pel bisogno. Porgono di ciò argomento anche le *L.* 12. e 13. *ff. de hered. instit.*

---

§. 46. « Nam et si testamento scriptis in orbem (1) servis libertas data sit, quia nullus ordo manumissionis invenitur, nulli liberi erunt (2), quia lex Furia Caninia quae in fraudem ejus facta sint rescindit (3). Sunt etiam specialia Senatusconsulta, quibus rescissa sunt ea, quae in fraudem ejus legis excogitata sunt (4). »

---

(1) *Scilicet in circulum.*

(2) *Et omnes insimul numerum excedant.*

(3) *Quapropter si moribundus epistolas libertatis ad servos miserit, vel hos amicis liberos ostenderit ultra numerum statutum, libertates excessivae datae non erunt. Si enim lex vetuit quominus moribundus servos pluriores testamento liberos scriberet, eo ipso noluit omnimodo eos liberari, nec fraude caret qui, salvis verbis, sententiam legis circumvenit.* L. 29. ff. de Legib.

(4) *Alter horum Senatusconsultorum rogatus fuit a Domitiano, alter vero a Marco, prout ex Gaii Fragm. in* L. 1. ff. de colus. deleg., *et ex Ulp. in* L. 2. ff. eod.

---

§. 47. « In summa sciendum est, (*cum*) (1) lege Aelia Sentia cautum sit (2) ut *qui* creditorum fraudandorum caussa manumissi sint, liberi non fiant, etiam hoc ad peregrinos pertinere. Senatus ita censuit ex auctoritate Hadriani (3); cetera vero jura ejus legis ad peregrinos non pertinere. »

---

(1) *Prima editione legebatur* - quod. -

(2) *Eadem legebatur* - est. -

(3) *Ad peregrinos pertinet quod de fraude statuit lex Aelia, cum ex gentium jure etiam peregrini fraude teneantur.*

Digitized by Google

§. 46. « *E se venne talento al testatore di scrivere in tondo* (1) *i servi che voleva liberare, affinchè non apparisse ordine di precedenza, niuno avrà la libertà* (2), *poichè questa legge Furia volle rotto tutto quello che si facesse per eluderla* (3), *e si fecero anche speciali Senatoconsulti contro le frodi a quella legge* (4). »

---

(1) Cioè circolarmente.

(2) Se tutti insieme eccedano il numero permesso.

(3) Perciò se uno in termine di morire spedì lettere di libertà, o presenti gli amici dichiarò liberi più servi che non poteva, non varranno le libertà eccedenti, imperocchè il divieto al moribondo fu assoluto senza guardare alla maniera, ed è violata egualmente la legge nell' offendere le parole, o l' intendimento. *L.* 29. *ff. de Legib.*

(4) Uno di questi Senatoconsulti fu proposto da Domiziano, e un altro da Marco. Così Gajo nel suo frammento riferito nella *L.* 1. *ff. de colus. deteg.* e Ulpiano nella *L.* 2. *ff. eod.*

---

§. 47. « *Si tenga poi che la legge Elia, la quale* (1) *negò* (2) *la libertà data in frode dei creditori* (3), *si estese anche ai Provinciali, e lo disse il Senato a proposta di Adriano; ma le altre disposizioni di quella legge obbligano i soli Romani.* »

---

(1) Nella prima edizione questo relativo era scambiato.

(2) Qui nel testo in vece dell' indicativo posero il soggiuntivo.

(3) Alle frodi è avverso il diritto universale, o delle genti, onde sono obbligati anche i forestieri.

TITULUS XIII.

De his qui sui vel alieni juris sunt (1).

§. 48. « Sequitur de jure personarum alia divisio. Nam quaedam personae sui juris sunt, quaedam alieno juri sunt subjectae (2). »

---

(1) *Cum linea inter §§. 47. et 48. reperiretur vacua, eam rubrica, quae mihi videbatur desiderabilis, replevi.*

(2) *Confer* l. 1. ff. de his qui sui vel alien. jur. sunt, *Gajo nostro inscriptam, et in hunc commentarium translatam.*

---

§. 49. « Sed rursus earum personarum, quae alieno juri subjectae sunt, aliae in potestate (1), aliae in manu, aliae in mancipio sunt (2). »

---

(1) *Vide infra adnotata ad seq. §. et confer* Inst. h. t. in pr.

(2) §. *iste translatus est* ff. d. L. 1. h. t.

Digitized by Google

TITOLO XIII.

Di quelli che sono o di propria ragione, o di ragione altrui (1).

§. 48. « *Or viene altra divisione delle persone, perocchè ve ne hanno di proprio diritto, e di sottoposte al diritto altrui* (2). »

---

(1) Trovandosi nel testo fra i superiori §§. 47 e 48 vuota una linea, volli riempirla con una rubrica, che parvemi desiderabile.

(2) Si vegga la *L.* 1. *ff. de his qui sui vel al. jur. sunt*, la quale fu tratta da questo luogo di Gajo.

---

§. 49. « *In oltre le persone che sono ad altre sottoposte o sono in potere* (1), *o sono in mano, o sono nell' altrui mancipio* (2). »

---

(1) È da vedere la nota al seg. §. e le Istituzioni sotto questo titolo nel principio.

(2) Questo §. fu ricopiato nei Digesti L. 1. di questo titolo.

Digitized by Google

§. 50. « Videamus (1) nunc de iis, quae alieno juri subjectae sint: NAM si cognoverimus, quae istae personae sint, simul intellegemus, quae sui juris sint (2). »

---

(1) *Tribonianus etiam* §. *hunc integre retulit suis* Instit. pr. h. t. *et partim in* d. L. 1. ff. eod.

(2) *Non quia una speeie eognita, alia opposita in eomperto veniat, ita ut sit explieata, sed quia cognitis omnibus exceptionibus cujusdam regulae, cetera sub regula eadunt, quod eum Aristotele Cicero* Top. et de Oratore 2. *significavit.*

Intelligamus igitur alterum alteri subiiei vel dominio, seilicet dominica potestate, vel potestate patria, vel manu maritali, vel jure patronatus, vel nexu, ex aere alieno, aut ex mancipio fiduciae, tutelae, emancipationis, adoptionisve eaussa.

---

§. 51. « Ac prius dispiciamus de iis qui in aliena potestate sunt (1). »

---

(1) *Ad litteram* §. *hic fuit translatus* ff. L. 1. eod.

Digitized by Google

§. 50. « *Vediamo adesso di quelli* (1) *che sono soggetti ad altri, e così chi non sarà in alcuna maniera sottoposto ad altri apparirà di suo libero diritto* (2). »

---

(1) Triboniano riportò pur ancho questo §. nell' esordio di questo titolo delle Istituzioni, e di una porzione del medesimo fece la leg. 1. sotto la stessa rubrica nel Digesto.

(2) Non già perchè basti conoscere una specie per percepire l' opposta, ma perchè conosciute tutte le eccezioni, le altre cose non eccettuate rimangono tutte sotto la regola, come con Aristotele disse *Cicerone de Orat.* 2.

Giova qui premettere, che uno può essere sottoposto ad un altro o per dominio, o per autorità paterna, o per mano maritale, o per patronatico, o per nesso creato per debito, o in via di mancipio fiduciario, a cagione di tutela, di emancipazione, o di adozione.

---

§. 51. « *Prima però diremo di quelli che sono in potere altrui* (1). »

---

(1) Così alla lettera la L. 1. in questo titolo dei Digesti.

Digitized by Google

TITULUS XIV.

De dominio in servos et quinam statuliberi dicantur (1).

§. 52. « (2) In potestate itaque sunt servi dominorum (3), quae quidem potestas juris gentium est (4). Nam aput omnes peraeque gentes animadvertere possumus, dominis in servos vitae necisque potestatem esse (5); et quodcumque per servum adquiritur, id domino adquiritur (6). »

---

(1) *Rubricam addidi.*

(2) *Conf.* cit L. 1. pr. ff. h. t. *et* Instit. §. 1. eod. *ex hoc* §. *depromptum.*

(3) *Erant tamen servi sine domino, veluti servi poenae, qui nec fisci propri,* l. 17 pr. ff. do poenis; *vel cives apud hostes, ex quo Attilius Regulus a Senatu se abstinuit; vel manumissus in quem alteri esset ususfructus,* Ulp. I. 19; *et servus derelictus,* l. 8. ff. pro derelicto.

(4) *Non tamen ex jure naturae:* l. 3. ff. de just. et jur.

(5) *Testantur attamen Tacitus de Germanis* — verbere, aut vioculis servum coercere haberi nefas. — *Iustinus de Parthis (XLI)* — servos pari ac liberos suos cura habere. — *Philostratus in vita Apollonii apud Lacedemones servum necare in desuetudinem abiisse; porro* Atheneus in Disp. nosoph. VI. *omnes Graeciae populos servos satis humane tractas-*

Digitized by Google

TITOLO XIV.

Del dominio nei servi, e degli stato-liberi, cioè di quelli che aspettano la loro liberazione (1).

§. 52 (2). « *Sono pertanto nel potere dei lori padroni* (3) *i servi, e questo potere che appartiene al diritto delle genti* (4), *importa facoltà di dar morte allo schiavo* (5), *e di appropriarsi tutto che il servo procacci, o a lui pervenga* (6). »

---

(1) Aggiunsi io la rubrica.

(2) Vedere la citata *L.* 1 *nel pr. in questo titolo dei Digesti*, *e le Istit.* 1. *dello stesso titolo*, ove fu sempre copiato questo §. di Gajo.

(3) Eranvi però servi senza padrone, come i servi della pena, i quali neppur erano in dominio del fisco, *L.* 17. *pr. ff. de poenis*; il cittadino schiavo dell' inimico, per cui Regolo si astenne dal sedere in Senato; il liberato dal padrone, su cui un terzo avesse l' usufrutto, *Ulp. I.* 19; il servo abbandonato; *L.* 8. *ff. pro derelicto.*

(4) Non però al diritto naturale; *L.* 3. *ff. de justit. et jur.*

(5) Per altro Tacito nella sua relazione dei Germani dice, che non aveano quei popoli per lecito tener legati, o battere gli schiavi. Giustino dice che i Persiani ne avevan cura come dei figliuoli. Filostrato nella vita di Apollonio dice, che l' uccisione degli schiavi andò presso gli Spartani in disuso. Ateneo nel convitto dei filosofi dice, che tutti i po-

se. Quibus si veterum Romanorum mores in servos comparare desiderabis, accipe quae scripsit Plautus Asinaria III. 2.

(6) *Peculii parsimonia, vel industria a servo comparati nil aliud erat illi, quam custodia, usus, et administratio usque quo dominus non revocasset. Sed quandoquidem servi ex domini licentia quasi testamentum faciebant:* Plin. Epist. VIII. 16. *Attamen servus nec homo videbatur:* (Juven. Sat. VI. vers. 222.) *pecudi exaequatus:* L. 2. §. 2. ff. ad L. Aquil. *Sed erat equidem mancipi res apud dominum, non autem apud alios, a quibus nihil perpeti non tenebatur, eum in* L. Corneliam de Sicariis *incidisset qui eum necasset;* L. 23. §. 9. ff. ad L. Cornel. *aut in* Legem Aquiliam *qui eum injuria afficeret.*

---

§. 53. « Sed hoc tempore neque civibus Romanis, nec ullis aliis hominibus, qui sub imperio populi Romani sunt, licet supra modum et sine caussa in servos suos saevire (1). Nam ex constitutione *sacratissimi* (2) Imperatoris Antonini qui sine caussa servum suum occiderit, non minus teneri jubetur, quam qui alienum servum occiderit (3). Sed et major quoque asperitas dominorum per ejusdem Principis constitutionem coercetur. Nam consultus a quibusdam Praesidibus provinciarum de his servis, qui ad fana Deorum, vel ad statuas Principum confugiunt, praecepit (4) ut si intollerabilis videatur dominorum saevitia, cogantur servos suos vendere. Et utrumque recte fit, male enim nostro jure uti non debemus: qua ratione et prodigis interdicitur bonorum suorum administratio (5). »

---

(1) *Quoad servi peculium, nil mutatum media, vel nova, aut novissima jurisprudentia. Sed quoad servi personam jam imperante Octaviano L. Petronia, superius memorata, prohibuit quin servi ad bestias depugnandas traderentur, nisi ex crimine, et quidem si Iudex probasset. Item Claudius, teste Svetonio, caedis teneri jussit eos, qui aegra vel affecta manci-*

poli della Grecia trattavan bene i propri schiavi. Or vedi in Plauto nella *Asinaria III.* 2. come i Romani bistrattassero i loro.

(6) Se il servo con parsimonia, e industria metteva a parte un peculio, ei non ne aveva che la custodia, l' uso, e il governo finchè il padrone nol richiamasse. Plinio però nelle lettere VIII, 16. dice che con licenza del padrone il servo faceva un tal quale testamento. Ma il servo a' Romani non pareva tampoco un uomo; *Giov. Sat. VI. v.* 222. e l' uguagliavano al giumento *L.* 2. §. 2. *ff. ad L. Aquil.* Era però cosa mancipe di fronte al solo padrone, poichè gli altri erano tenuti o di omicidio se l' uccidevano, *L.* 23. §. 9. *ff. ad L. Cor. de Sicar.* o della ingiuria secondo la L. Aquilia, se il menomavano.

---

§. 53. « *A' nostri tempi per altro nè a' cittadini Romani, nè agli altri sottoposti al Romano impero è lecito incrudelire contro gli schiavi* (1). *Imperocchè il sacratissimo* (2) *Imperatore Antonino volle punito chi uccidesse senza cagione il proprio servo, come chi uccidesse* (3) *il servo altrui, e per soprappiù volle represso un aspreggiare soverchio. Consultato egli infatti da certi Presidi provinciali sopra quei servi che riparavano nei templi, o alle statue dei Principi, ordinò* (4) *che se la crudeltà dei padroni paresse soverchia, si astringessero costoro a vendere i servi. E ciò stà bene; poichè non è permesso abusare nè anche delle cose nostre, e vien tolto perciò a' prodighi il governo delle loro sostanze* (5). »

---

(1) Quanto al peculio dello schiavo nulla fu cangiato nella media, nuova, novissima giurisprudenza. Ma in quanto alla persona, già sotto Augusto la legge Petronia ricordata di sopra avea vietato costringere i servi a combattere colle fiere, a meno che il giudice non li avesse condannati per misfatto. Claudio parimenti volle castigati i padroni che uc-

pia necare, quam exponere maluissent. Postremo et alii Imperatores dominorum vecordiae obstiterunt, prout patet hic ex Gajo.

(2) *Textus solam hic praebet* lit. S, *et sigla optime interpretata, Lachmannus edidit* sacratissimus.

(3) *Gajo igitur credendum ab Antonino jussum fuisse dominum teneri de suo servo occiso, sicuti de alieno, et perperam hoc Hadriano retulisse* Matth. de criminibus XLVIII. *et alios, forte ex eo quod Hadrianus alia statuerat de homicidio, prout Ulpianus testatur* L. 1. ff. ad L. Corn. de sicar.: *vel ex eo quod habetur in* L. 2. ff. de his qui sunt sui vel. al. jur.: *nempe eumdem Imperatorem quamdam matronam Umbriciam relegasse in quinquennium, quia ex laevissimis causis suas ancillas atrocissime tractasset. Attamen nemo inficiaturus Antoninum humanitatem patris praetergressum sua Constitutione hic a Gajo memorata, et plenius relata* Instit. I. 8. 2. et ff. L. 2. h. t. *nec non a Teophilo.*

(4) *Aelio Marciano Baeticae Proconsuli missa est epistola, ut de querelis servorum cujusdam Sabini cognosceret, et si justas deprehendisset auxilium praeberet miseris contra saevitiam, famem, et intollerabilem injuriam, eosque subtraheret vecordi dominationi, et eumdem Sabinum praemoneret, si fraudem tentasset, Imperatorem, jam admissum, severius exequuturum.*

(5) *Tam aptus, et concinnus est hujusmodi Constitutionis Gaii commentarius, ut admiratus sileo.*

---

§. 54. « Ceterum cum aput cives Romanos duplex sit dominium (1), nam vel in bonis, vel ex jure Quiritium, vel ex utroque jure cujusque servus esse intellegitur, ita demum servum in potestate domini esse dicemus, si in bonis ejus sit, etiamsi simul ex jure Quiritium ejusdem non sit. Nam qui nudum jus Quiritium in servo habet, is potestatem habere non intelligitur (2). »

Digitized by Google

cidessero gli schiavi malati, o malaticci in vece di abbandonarli; e altri Imperatori vollero impedire le crudeltà, come qui narra Gajo.

(2) Nel testo vedevasi una sola S e Lachm. ottimamente pose Sacratissimo.

(3) Io credo a Gajo, che per Costituzione di Antonino fosse tenuto di omicidio il padrone che uccidesse lo schiavo, e perciò tengo che il *Matth. de crimin. XLVIII.* e altri malamente ciò attribuissero ad Adriano, forse perchè o quest' Imperatore ne dispose esso pure, come accenna Ulpiano nella *L.* 1. *ff. ad L. Corn. de Sicar.*, o anche perchè si trova nella *L.* 2. *ff. de his qui sui vel al. jur. sunt*, che una matrona Umbra fu per ordine di Adriano relegata per cinque anni, dacchè avea maltrattato atrocemente, e per lievissimi motivi, le sue ancelle. Non si vuol negare però che Antonino colla sua Costituzione, qui ricordata da Gajo, e più diffusamente da Teofilo, non che nelle *Istit. I.* 8. 2. e nella *citata L.* 2, vincesse l' umanità di suo padre.

(4) L' epistola fu diretta a Marciano Proconsole nell' Andalusia, o Granata, affinchè s' informasse delle cagioni lamentate dai servi di certo Sabino, e se fossero giuste provvedesse agli stenti, e alle crudeltà, obbligando Sabino a vendere quei miseri, ed ammonendolo che se tentasse frodi, l' Imperatore, che vi aveva già messo mano, tirerebbe via.

(5) È tanto acconcio il commento fatto da Gajo alla Costituzione di Antonino, che ammirato mi taccio.

---

§. 54. « *Del resto essendo duplice presso i cittadini Romani la ragione del dominio, o meramente nei beni, o quiritario* (1), *il padrone avrà il servo in sua ragione o per ambidue i dominii, o solo naturalmente, senza averne il diritto quiritario; ma chi ritenga il solo dominio quiritario, nulla può nel servo* (2). »

---

(1) *Ex gentium jure una est dominii species, ideoque apud peregrinos tantum una erat dominii conditio, ita ut aut dominus quis esset, aut non esset. Olim vero eodem jure utebantur Romani, nam aut quis quiritario jure erat dominus, aut minime dominus erat. Sed peregrinis vix tribuebatur fructus. Attamen ex commercio cum peregrinis, acceptum est ut aliquis vel esset dominus jure Quiritium, vel tantummodo haberet in bonis. Vide infra* Gaii II. 88. et III. 166.

(2) *Jam diximus supra ex traditione, non adhibitis nec mancipii, neve cessionis in jure ritibus, non transferri dominium quiritarium, sed bonitarium. Addidimus insuper ex L. Aelia infectam esse manumissionem factam in fraudem alterius domini ab eo, qui nudo dominio quiritario polleret. De alienatione autem ab eodem facta alteri emptori vel bonae, vel malae fidei, dicendum erit infra locis Gaii supra citatis.*

Superest autem, antequam servorum materiam derelinquamus, de modis et conditionibus servorum alienationibus insertis, nec non de statuliberis aliquantulum disserere.

Venumdari poterat servus modis, aut conditionibus ei profuturis, veluti ut manciperetur, vel ne prostitueretur ancilla: immo et modis, aut conditionibus eidem officientibus, veluti ne manumitteretur, ne Romae moreretur, aut alibi exporteretur (tot. tit. ff. de serv. export. *et* Cod. lib. 8. tot. tit. 55) *non autem durioribus, veluti ut semper in vinculis haberetur, aut quotidie esset verberandus, vel in aeribus pestilentialibus, aut gelidis semper esset detinendus. Invectum jam fuerat vectigal quintae et vicesimae venalium mancipiorum per venditorem pendendum, sed a Nerone remissum.* Tacit. Ann. XIII. 21.

Legari vel dari poterat libertas in diem certam vel incertam: non autem ex die, quia libertas semel adscissa auferenda non erat, praeter ingratitudinis causam. Die vel conditione pendente servus statuliber *dicebatur; eratque servus, et poterat vendi, sed conditione impleta, vel die adventa, ad libertatem proclamare ei licebat actione de liberali causa, quae ad judices majores erat deferenda.* Tot. tit. ff. et Cod. de liber. caus. *Statuit vero rogante Trajano, eodemque cum Articulejo Peto Coss. Senatus, ut Praesides Provinciarum libertates fideicommissarias cognoscerent, et eodem anno* 101 *Redempt. suffectis Coss. Rubrio Gallo, et Coelio Hispone,*

Digitized by Google

(1) Secondo il diritto delle genti una sola è la ragione del dominio, o ciò fu sempre osservato appo gli stranieri, posciachè uno è, o non è padrone. Al modo stesso anche presso gli antichi Romani o uno avea il dominio quiritario, ed era padrone, o non avea quel dominio, e non era padrone, ed a' Provinciali o peregrini consentivasi appena il godimento. Ma in appresso, commerciando i Romani cogli stranieri, fu ammesso che uno avesse o il dominio quiritario, o il solo dominio naturale, che dicevasi bonitario. È da vedere Gajo inferiormente II. 88. e III. 166.

(2) Abbiamo già accennato che colla sola tradizione, e senza o il mancipio, o la cessione avanti il Magistrato, non trasferivasi dominio quiritario, ma soltanto naturale dominio. Abbiamo pur detto che la legge Elia annullava come fatta in frode del compratore la liberazione fatta da chi riteneva il solo dominio quiritario. Dell' alienazione poi da costui fatta a un altro compratore di fede buona, o cattiva, Gajo parlerà in appresso nei luoghi suacceunati.

Però, innanzi di abbandonare l'argomento dei servi, diremo alcun che delle condizioni poste nel venderli, e degli statuliberi.

Potevasi vendere lo schiavo aggiungendo condizioni o favorevoli, come p. es. che fosse liberato, o che non avesse ancella a prostituirsi, od anche aggiungendo condizioni gravose, p. es., che lo schiavo non avesse ad essere liberato, che non avesse a tenersi in Roma, o che avesse a trasportarsi in tal luogo. Vedere il *tit. ff. de serv. export.* e nel *Cod. il tit.* 57. *lib.* 8. Ma non potevano queste condizioni esser troppo dure, p. es., che il servo fosse sempre tenuto in ceppi, che ogni dì avesse ad esser battuto, o in arie gelide, o pestilenziali avesse ognora a soggiornare. Eravi nelle vendite degli schiavi un quattro per cento a peso del venditore, che fu levato da Nerone. *Tacit. Ann. XIII.* 21.

Poteva lasciarsi la libertà dopo un tal tempo o certo, o incerto, ma non già per un solo intervallo, poichè la libertà conseguita una volta non poteva esser ritolta fuorchè per ingratitudine. Pendente però il termine, o la condizione, il servo era detto *statulibero*, ed era servo bensì, onde poteva esser venduto, ma purificata la condizione, o venuto il tempo, ei poteva reclamare la libertà con un'azione, che dicevasi liberale, e doveva portarsi a giudici di maggior grado. Vedere per intero il titolo nel Digesto e nel *Cod. de lib. caus.* Dispose poi il Senato, imperando Trajano, e con lui essendo console Articulejo Peto,

addidit, ut si libertatis debitor apud Praetorem adesse noluisset, servi status decernendus foret, ac si directa fuisset manumissio.

TITULUS XV.

De potestate in liberos ex justis nuptiis (1).

§. 55 (2). « Item in potestate nostra sunt liberi nostri (3), quos justis nuptiis procreavimus (4), quod jus proprium civium Romanorum est (5). Fere enim nulli alii sunt homines, qui talem in filios suos habent potestatem, qualem nos habemus. Idque Div*us* Hadrian*us* edicto quod proposuit de his, qui sibi liberisque suis ab eo civitatem Romanam petebant, significavit. Nec me prae*teri*t Galatarum gentem (6) credere, in potestatem parentum liberos esse. »

---

(1) *Etiam hic rubricam posui.*

(2) *Conf.* Instit. I. 9. pr. *et* L. 3. ff. h. t. *ex hoc* §. *sumpta; item* Ulp. V. 1. *et* Gaj. h. c. infra §. 189. in fin.

(3) *Scilicet natos, nepotes, pronepotes et ultra.*

(4) *Soli viro generatio tribuebatur, sed tantum ex nuptiis pater erat certus.*

Digitized by Google

che i Presidi nelle province avessero a conoscere delle libertà disposte per fedecommesso, e nell' anno stesso (il 101 di Redenzione) surrogati consoli Rubrio Gallo e Celio Ispone, fu aggiunto che se il debitore della libertà, citato avanti il Pretore fosse contumace, il Pretore dasse piena libertà al servo, tal quale l' avrebbe avuta per lascio diretto.

TITOLO XV.

Della podestà sui figliuoli avuti per giuste nozze (1).

§. 55 (2). « *Sono in nostro potere i figli* (3) *da noi procreati in giuste nozze* (4), *locchè appartiene a' cittadini Romani* (5). *Infatti non vi è popolo alcuno che abbia sui figli egual potere, come fece intendere il divinizzato Adriano nel suo editto sopra quelli che domandavano la cittadinanza anche pei loro figliuoli. Nè mi scordo che i Galati credevano di avere in poter loro i figliuoli* (6). »

---

(1) Posi anche questa rubrica.

(2) Vedere le *Istit. I.* 9. nel pr. come pure la L. 3. nel digesto sotto questo titolo, la quale fu tratta da questo luogo di Gajo; inoltre *Ulp. V.* 1. e *Gajo* nel §. 189. di questo primo Commentario in fine.

(3) Vale a dire i figliuoli, i nipoti, i pronipoti, e anche più oltre.

(4) La generazione attribuivasi unicamente al padre, ma la paternità solo per le nozze poteva esser certa.

(5) *Ideoque a generatione ex nuptiis pendebat omne adgnationis jus Romanis proprium, nec aliis populis commune: peregrinis enim erat sola cognatio naturalis.*

(6) *Cum Galati olim fuissent Galli, mediae Italiae habitatores, a Romanis expulsi, et in Asiam Minorem migrati, quippe qui et Galli-Graeci dicebantur, nil mirum si apud eos aliquid moris reperiretur sumptum ex iisdem institutionibus, quas Romani acceperunt.*

---

§. 55 *bis* (1). « NON SOLUM PARENTI VICINIORI, SED ET REMOTIORI OMNIS GENERATIO DESCENDENTIUM TRIBUITUR. QUI AVUM VEL REMOTIOREM PARENTEM NOSCUNT, ADGNATI DICUNTUR, QUASI AB EODEM NATI. GRADATIM VERO DOMESTICA AUCTORITAS IN SUPERSTITES TRANSFERTUR, SEU CONTINUAT. MANCIPATIONE TAMEN VEL ADOPTIONE JUS AGNATIONIS TOLLITUR, SCILICET CAPUT MINUITUR, ITA UT AB FAMILIA EGRESSIS SOLA NATURALIS SUPERSIT COGNATIO, NON AUTEM ADGNATIO, CUM ILLA EX JURE NATURAE PROFLUAT, QUOD NULLO JURE CIVILI DIRIMI POTEST, ET HAEC JURE CIVILI CONSTITUTA, NON PACTIS PRIVATIS, SED JURE TOLLATUR. COGNATIO VERO VIX NUPTIIS OBSTAT, ET CHARITATIS OFFICIA GIGNIT, SED ADGNATIO PARIT MANUM IN NURUM, POTESTATEM IN LIBEROS, JUS TUTELAE ET HEREDITATIS, LARIORUMQUE RELIGIONEM COMMUNICAT. »

---

(1) *Pagina dicebatur deperdita post* §. 45, *sed si ibidem exstasset, ego saltem ex parte remotam duxi a suo loco, ex ignota caussa, et hic exstasse, vel exstare debuisse. Nos profecto monet* Gajus Comm. III. §. 17. *hoc Primo Commentario de jure agnationis, et de gentilicio jure egisse, et ego cum*

(5) Quindi da una generazione onestata colle nozze dipendeva onninamente l' agnazione, propria affatto dei Romani, e non comune agli stranieri, ai quali si consentiva la sola cognazione naturale.

(6) Erano i Galati, o Gallo-greci anticamente Galli, già abitatori della media Italia, i quali espulsi dai Romani, ripararono nell' Asia minore; e non sarebbe a maravigliare che nelle loro costumanze si conservasse alcuna istituzione anche dai Romani adottata.

---

§. 55 bis (1). « *Non al solo genitore immediato, ma anche a progenitore remoto vuolsi riferire la generazione delle dipendenti stirpi. Quelli che conoscono uno stipite comune diconsi agnati, come nati da uno stesso ceppo; e l' autorità paterna trapassa gradatamente nei superstiti. Però l' agnazione vien meno colla mancipazione, o l' adozione, ed a quelli che escono dal casato, rimane soltanto natural parentado, o cognazione, non l' agnazione; conciossiachè quello è vincolo naturale, che niun diritto civile può sciorre: questo è costituito dal diritto civile; e se per privato consenso non può struggersi, può ben rompersi dalla legge. Ma la cognazione appena impedisce le nozze, e produce gli offici della carità; e l' agnazione produce la mano sulle nuore, la patria podestà, la tutela, l' eredità, e rende comune il culto degli dii domestici.* »

---

(1) Dicevasi smarrita una pagina dopo il §. 45 del presente Commentario. Ma se colà trovavasi, io la riputai per ignota cagione, in parte almeno, dislogata, e da porsi qui. Infatti Gajo del seguente Comm. 3.° al §. 17. ci avvisò di aver trattato dell' agnazione, e della gentilità

de his nihil actum invenirem, hic esse his locum conjectavi, et hunc nec non sequentem §. addidi.

---

§. 55 *ter.* « OLIM VERO SUPRADICTA JURA ETIAM IGNOTO ET REMOTISSIMO PARENTI REFEREBANTUR, ITA UT ILLI QUI EADEM SACRA DOMESTICA COLERENT, ET IDEM NOMEN GESTASSENT, PRAESUMERENTUR AB EODEM PARENTE ORTUM DUXISSE, ET GENTILES DICTI GENTILICIO JURE UTERENTUR, QUO DEFICIENTIBUS ADGNATIS EIS ESSET JUS TUTELAE, ET HEREDITATIS. IMMO OLIM OMNES EJUSDEM GENERIS UNUM INSIMUL COMITIIS FEREBANT SUFFRAGIUM. SED MUTATA COMITIORUM FORMA, ET AUCTA PLEBE, JAM AD SACERDOTIA, MAJORESQUE AD MAGISTRATUS PERVENTA, CUM ET PLEBEI IMMAGINUM SEU GENTILICIO JURE UTI COEPISSENT, PRAETOR SUSTULIT GENTILIUM SUCCESSIONEM, ET TUTELAM, QUIBUS POTIEBANTUR PATRICI, ET ADGNATIS DEFICIENTIBUS COGNATOS VOCAVIT (1). »

---

(1) *Gentilicium successionis jus in extremo aevo Reipublicae memorantur* Svet. in Caes. pr *et* Cic. de Orat. I. 39. *Sed peraro usitatum sublatum Praetoriis edictis fuisse testantur* Mosaic. LL. Col. 2. in fin. *et* Gaj. infra III. 17.

nel primo Commentario, e io che non ne vidi parola, pensai fosse questo il luogo acconcio.

---

§. 55 terzo. « *Anticamente quei diritti riferivansi anche ad ignoto e lontano ceppo, cosicchè quelli che portassero lo stesso nome, e avessero comuni le domestiche divinità dicevansi gentili, presumendosi dello stesso lignaggio; perciò in difetto degli agnati, deferivansi eredità e tutela ad essi, e una volta tutti quelli che così si tenessero della stessa schiatta recavano insieme un solo voto al comizio. Ma cangiata la ragione del suffragio, e ingrandita la plebe, già ammessa al sacerdozio e alle maggiori magistrature, essa pure usò il diritto delle immagini, o della gentilità; quindi il Pretore tolse giù successioni, e tutele gentilizie, godute dai patrizi, e in difetto degli agnati ammise i cognati* (1). »

---

(1) Quel diritto gentilizio ricordasi nell'estrema età repubblicana da Svetonio nella vita di Cesare nel princ. e da *Cicer. de Orat. I.* 39. Ma Gajo nel Commentario 3°, §. 17. e l'antica collazione delle LL. Mosaiche 2. in fin. attestano che simile già poco usitato diritto fu dai Pretori onninamente abolito.

TITULUS XVI.

De connubio (1).

§. 56. « HABENT AUTEM IN POTESTATE LIBEROS CIVES ROMANI (2) si cives Romanas uxores duxerint, vel etiam Latinas, peregrinasve, cum quibus connubium habeant (3). Cum enim connubium id efficiat, ut liberi patris condicionem sequantur, evenit ut non *solum* cives Romani fiant, sed *et* in potestate patris sint (4). »

---

(1) *Rubricam addidi.*

(2) *Hujus §. principium in codice desideratum Lachmann. addidit, Böcking expulit, ego teneo. Conf.* Ulp. V. 2. et 4. Instit. de nuptiis in pr. *et vide prox.* §§. 67. *et* 80.

(3) *Sine connubio uxoris non erant nuptiae, ideo matris peregrinae conditionem sequebatur natus, neo civis erat. Latinis autem, et quandoquidem etiam peregrinis connubium erat concessum. Ex. gr. olim indultum fuit Hernicis, non autem Anagninis.*

(4) *E contra ex connubio justae efficiebantur nuptiae, et ex conditione patris natus erat civis, et ideo ex lege Romana in patris potestate.*

TITOLO XVI.

Del connubio (1).

§. 36. « *I cittadini Romani hanno podestà sui figli* (2) *che ebbero da mogli o Cittadine, o Latine, o Provinciali ammesse al connubio* (3). *E poichè in grazia del connubio i figliuoli seguono la condizione del genitore, così non solo son cittadini, ma alla podestà del padre loro sono sottoposti* (4). »

---

(1) Anche qui posi una rubrica.

(2) Le prime parole di questo §. che erano perite, furono supplite nelle edizioni del Lachm. Il Böcking le espulse, ed io le riposi. Vedere *Ulp.* V. 2. e 4. e le Istituzioni nell' esordio al titolo *de Nuptiis*. Veggansi pure i prossimi §§. 67. e 80.

(3) Non eran nozze se la moglie non godesse il connubio, e perciò il nato della provinciale era provinciale esso pure. Ma ai Latini, e talvolta anche a' provinciali era conceduto il connubio: p. es. ne godevano anticamente quei di Frosinone, ed altri luoghi all' intorno, non però gli Anagnini.

(4) Per contro il connubio faceva giuste le nozze, quindi se cittadino fosse il padre, era sottomesso il figliuolo alla patria podestà.

Digitized by Google

§. 57. « Unde et Veteranis quibusdam concedi solet principalibus constitutionibus connubium cum his Latinis peregrinisve, quas primas post missione uxores duxerint; et qui ex eo matrimonio nascuntur et cives Romani, et in potestatem parentum fiunt (1). »

---

(1) *Militibus multa concedebantur. Constitutione vero Caracallae omnibus subditis jus civitatis indultum, exceptis libertinis Junianis, vel dediticiis.*

---

§. 58. « SED CIVES (1) *non omnes nobis uxores ducere licet*: nam a quarumdam nuptiis abstinere debemus (2). »

---

(1) *Complevi* §. *hunc partim ex Lachm. edit. et a Böch. repletione me abstinui.*

(2) *Ex dispari conditione prohibitae fuere nuptiae a LL. XII tab. nempe Senatoris cum plebeja, quod sustulit lex Canuleia a. U. C.* 319, *et ingenuis cum manumissis, quod sublatum est a.* 737, *ex L. Jul. de M. O. Sed subsequens Pappia Poppea nuptias iterum vetuit vel ex gradus superioritate, vel ex improba fama, vel ex gravi aetate, feminis quinquaginta, et masculis sexaginta annorum, vel ad sobolem procreandam ex impotentia; quae tamen multis Senatusconsultis correpta fuere, prout ostendit* Heinec. Cap. 1. 2. et 3. ad L. Pap. Pop. *Sed ex certis gradibus cognationis, vel adfinitatis, et ex impubere aetate, perpetua fuit prohibitio.*

---

§. 57. « *Per la qual cosa ai Veterani suolsi impartire per grazia del Principe il connubio con quelle Latine, o Provinciali che prendano in mogli dopo il loro congedo: e quei che nascano sono cittadini, e sotto la podestà paterna* (1). »

---

(1) I soldati godevano molti privilegi. Ma Caracalla estese la cittadinanza a tutti i sudditi, meno i Libertini Giuniani, o Deditizi.

---

§. 58. « *Non è però lecito prender in moglie qualsiasi cittadina* (1), *poichè con talune sono vietate le nozze* (2). »

---

(1) Riparai interamente alle lacune di questo §. già in parte riparate nelle edizioni del Lachm. ma non mi attenni al Böcking.

(2) Le XII tavole vietarono nozze fra Senatori e Plebee, locchè fu tolto dalla L. Canuleja nell' anno 319. Inoltre fra ingenui e libertine, locchè fu tolto nell' anno 737 per la legge Giulia sui matrim. Ma la legge Pappia Poppea rinnovò il divieto o per superiorità del grado, o per improba fama, o per grave età, della femmina a 50 anni, e del maschio ai 60; o per impotenza a generare; locchè fu per molti SS. CC. temperato, come dimostrò l'*Heinec. al Cap.* 1. 2. *e* 3 sulla L. P. Pop. Ma nell' età impubere, o per parentado od affinità in certi gradi, il divieto fu costante, come si vedrà qui appresso.

---

§. 59 (1). « Inter eas enim personas, quae parentum liberorumve locum inter se obtinent, nuptiae contrahi non possunt, nec inter eas connubium est, velut inter patrem et filiam, *vel* matrem et filium, *vel* avum et neptem: et si tales personae inter se coierint, nefarias *atque incestas nuptias contraxisse dicuntur* (2): *et haec* adeo ita sunt, ut quamvis per adoptionem parentum liberorumve loco sibi esse coeperiut, non possint inter se matrimonio conjungi: in tantum, ut ETIAM dissoluta adoptione idem juris maneat. Itaque eam, quae nobis adoptione filiae aut neptis loco esse coeperit, non poterimus uxorem ducere, quamvis eam emancipaverimus (3). »

---

(1) *Conf.* Ulp. V. 6. pr. et 7. *et* Instit. I. 10. 2. *ex hoc Gaii loco desumptum.*

(2) Cicero de Leg. 2. *profiteri videtur ex XII tab. Pontifices incestum supremo sancire supplicio. Quod tamen Vestalis stupro referendum plerique putant.*

(3) *Emancipatio igitur non sustulit impedimentum ex adoptione invectum inter conjunctos recta linea; Gajus enim* L. 55. ff. de rit. nupt. *recte ait esse turpe se misceri in quem, vel quam patrem vel matrem vocavimus. Contra vero ex emancipatione cessabat impedimentum cum his qui ex latere sola adoptione conjungebantur, prout inferius videbimus*; d. L. 55. de rit. nupt.

---

§. 60. « Inter eas quoque personas, quae ex transverso gradu cognatione iungnntur, est quaedam similis observatio, sed non tanta (1). »

---

§. 59 (1). « *Ed infatti fra ascendenti e discendenti, o quelli che ne occupano il luogo, non è connubio, e non ponno esser nozze. Così fra padre e figlia, madre e figliuolo, avo e nipote se accadrà unione coniugale sarà incestuosa, e nefanda* (2). *E tale divieto è tanto assoluto che osta anco l' adozione, e non vale che questa siasi disciolta, cosicchè non potremmo sposare la figlia adottiva abbenchè emancipata* (3). »

---

(1) Vedere *Ulp.* V. 6. *e* 7. e lo *Istit. I.* 10. nel §. 2. che fu tratto da questo Commentario di Gajo.

(2) Secondo *Cic. de Leg.* 2. le XII tav. avrebbero voluto che i Pontefici colla morte punissero l' incesto; ma i più credono che tal rigore fosse speciale per lo stupro di una Vestale.

(3) L' emancipazione dell' adottiva non farebbe dunque lecite nella linea retta le nozze, come ripete Gajo nella *L.* 55. *ff. de rit. nupt.* poichè fora sempre sconcio giacersi con quello, o quella che fummo soliti a dir padre, o madre. Ma l' impedimento derivante fra collaterali dall'adozione era tolto coll' emancipazione, come diremo inferiormente. *d. L.* 55. *ff. de rit. nupt.*

---

§. 60. « *Lo impedimento che si frappone per cognazione collaterale è meno esteso* (1). »

---

(1) *Hic Gaii* §. *translatus fuit* Instit. de nuptiis §. 2.

---

§. 61. « Sane inter fratrem et sororem prohibitae sunt nuptiae, sive eodem patre eademque matre nati fuerint, sive alterutro eorum. Sed si qua per adoptionem soror mihi esse coeperit, quamdiu quidem constat adoptio, sane inter me et eam nuptiae non possunt consistere: cum vero per emancipationem adoptio dissoluta sit, potero eam uxorem ducere. Set *et* si ego emancipatus fuero, nihil impedimento erit nuptiis (1). »

---

(1) *Conf.* cit. §. 2. Inst. de nupt. *Idcirco si desiderabantur nuptiae inter adoptatum et filiam naturalem ejusdem patris, prout Agrippina eas exoptavit inter Domitium adoptivum, et Octaviam naturalem Claudii, satis erat alterutrum emancipare.*

---

§. 62. « Fratris filiam uxorem ducere licet (1). Idque primum in usum venit cum Divus Claudius Agrippinam fratris sui filiam uxorem duxisset (2). Sororis vero filiam uxorem ducere non licet (3). Et haec ita principalibus constitutionibus significantur. Item amitam aut materteram uxorem ducere non licet (4). »

---

(1) *Contra* Instit. de nupt. §. 3. *Concordat* Ulp. V. 6.

(1) Questo paragrafo di Gajo fu trasportato nelle *Istit. de nupt.* §. 2.

---

§. 61. « *Fra i fratelli che hanno comune lo stesso padre e la stessa madre, o un solo di questi, sono a ragione vietate le nozze. Ma se la femmina cominciò ad essermi sorella perchè l'adottò mio padre, il divieto sussisterà finchè integra sarà l'adozione: e se per emancipazione della fanciulla l'adozione sarà disciolta, io potrò prenderla in moglie; e lo stesso accadrà se sarò io emancipato, poichè non mi sarà più vietato sposarla* (1). »

---

(1) Perciò se desideravansi le nozze fra l' adottivo e la figlia naturale dello stesso padre, come Agrippina le desiderò fra Domizio adottivo, e Ottavia naturale di Claudio, bastava emancipare o il figlio, o la figlia.

---

§. 62. « *È per altro lecito sposare la figlia del proprio fratello* (1), *e ciò per la prima volta venne in uso quando il divinizzato Claudio volle sposare Agrippina figlia di suo fratello* (2). *Ma non lice sposare la figlia della sorella* (3), *come per le costituzioni fu disposto. Neppur lice sposare zia paterna, o materna* (4). »

---

(1) Dispongono in contrario le *Istit. de nupt.* §. 3. ma concorda *Ulp.* V. 6.

(2) *Agrippinae pater fuit Germanicus. Claudii SC. referunt* Tacit. Ann. XII. 5; Svet. in Claud. Cap. 26.

(3) *Quod enim contra juris rationem invectum est, ad consequentias, vel in exemplum prolatare non licet;* L. 15. ff. Legib.

(4) *Ad omnem gradum transversalis lineae superioris olim perducebatur prohibitio, scilicet ad fratres, vel sorores parentum etiam adoptantium, ita ut inter magnos patruos, avunculos, amitas, vel materteras, et nepotes, pronepotes, neptes, et proneptes, nuptiae vetabantur, quia hii loco parentum habebantur, et venerabundi aestimabantur, excepto eo quod libido suasit Claudio. E contra in linea inferiori nulla erat inter adgnatos, vel cognatos prohibitio, praeter quam inter fratres, germanos, consanguineos, uterinos, vel ex adoptione. Quapropter inter consobrinos, vel patruelles, vel amitinos nuptiae non vetabantur;* L. 78. §. 8. ff. ad SC. Trebell. *et* L. 3. ff. de rit. nupt. *His tamen ad quartum usque gradum Theodosius vetuit nuptias, scilicet inter fratruum filios;* Cod. Theod. L. unica de nupt. ex rescript. *Sed Arcadius et Honorius, tametsi patris constitutionem confirmassent,* Cod. Theod. L. 3. de incest. nupt., *eam postea revocarunt,* L. 19. Cod. Just. de nuptiis, *quod Justinianus probavit,* Inst. de nupt. §. 4.

---

§. 65. « Item eam, quae *nobis quondam socrus*, aut nurus, aut privigna, aut noverca fuit (1). Ideo *autem* diximus quondam, quia si adhuc constant eae nuptiae, per quas talis adfinitas quaesita est, alia ratione *inter nos* nuptiae esse non possunt, quia neque eadem duobus nupta esse potest, neque idem duas uxores habere (2). »

---

(1) *Conf.* Ulp. V. 6. Inst. de nupt. §§. 6. *et* 7.

(2) *Dedecerat enim amplectere quam vel quem ex adfinitate loco parentis, vel nati habuimus. Spartianus perfulxit narrationem, ut detestaret Caracallam, prius amplectentem, postea uxorem ducentem Severi ejus patris viduam, et fratris ab eo trucidati matrem, quod tamen incestum alii negant. Tutor insuper vel ejus filius pupillae nubere prohibebantur, nec subditae Praeses Provinciae. Postremo patet ex hoc §. nec foeminam in-*

(2) Agrippina era figlia di Germanico. Sul SC. Claudiano vedere *Tac. Ann. XII.* 5, *e Svet. vita di Claud. cap.* 26.

(3) E di vero ciò che contro ragione sia introdotto non può avere estensiva interpretazione. *L.* 15. *ff. de Legib.*

(4) Nella linea trasversale superiore il divieto non avea limite anticamente, ed estendevasi fra i fratelli degli ascendenti anche adottivi, prozii paterni, e materni, e nipoti, o pronipoti, dovendosi quelli venerare in luogo dei Genitori, se si accettui quanto volle Claudio. Per contro nella linea trasversale inferiore non era divieto, e le nozze erano permesse al di là dei fratelli germani, consanguinei, uterini, o adottivi. Fra cugini dunque o dal lato paterno, o dal lato materno eran permesse le nozze; *L.* 78. §. 8. *ad SC. Trebell. L.* 3. *ff. de rit. nupt.* Teodosio per altro estendeva al quarto grado, cioè fra primi cugini, il divieto; *L. un. Cod. Th. de nupt. et resc.* Ma i di lui figli Arcadio ed Onorio, abbenchè avessero dapprima confirmato la paterna costituzione, vollero revocarla, *L.* 19. *Cod. Just. de nupt.*, e Giustiniano lasciò ferma la revoca; *Just. de nupt.* §. 1.

---

§. 63. « *In oltre fu vietato sposare quella che ci fu suocecera, o nuora, e la matrigna, o la figliastra* (1): *e dicasi pure quella che fu, poichè se fosse tale presentemente, all'affinità s' aggiungerebbe la sussistenza di un matrimonio non per anche sciolto: e certamente non è lecito a una donna aver due mariti, o ad un uomo avere due mogli* (2). »

---

(1) Vedere *Ulp. V.* 6. *Inst. de nupt.* §§. 6. *e* 7.

(2) Era infatti sconcio giacersi con quella, o quello che per affinità avemmo a risguardare in luogo di genitore, o di figlio. Sparziano volle ornare il racconto, poi detestare Caracalla, che pria abbracciò, poi menò in moglie la vedova di Severo suo padre, e madre del fratello da lui trucidato; ma altri negano l' incesto. Nè anche il tutore potea sposare la pupilla, nè il Preside della provincia la suddita. Risulta poi

simul duos viros, neque virum duas habere uxores licuisse. Fertur M. Antonium Fulviam, et Cleopatram insimul uxores habuisse: insuper Julium Caesarem, et Valentinianum ad polygamiam propendisse; Svet. in Caes.; Cassiod. Hist. II. *et* Paul. Diac. Hist. II; *sed prohibitio fuit perpetua sub poena infamiae ex veteri Praetoris edicto*, L. 1. in fin. ff. do his qui not. infam., *et insuper ex principalibus constitutionibus sub poena stupri, vel extra ordinem;* L. 18. Cod. de adult. *et* L. 2. Cod. de incest. nupt.

---

§. 64 (1). « Ergo si quis nefarias atque incestas nuptias contraxerit, neque uxorem habere videtur, neque liberos. *Hi enim* qui ex eo coitu nascuntur, matrem quidem habere videntur, patrem vero non utique: nec ob id in potestate ejus sunt, (*sed*) quales sunt *hi*, quos mater vulgo concepit (2). *Nam nec hi* patrem habere *omnino* intelliguntur cum *his etiam* incertus sit: unde solent spurii *filii* appellari, vel a graeca voce quasi SPORADEN concepti, vel quasi sine patre filii (3). »

---

(1) *Concord.* Instit. de nupt. §. 12. *qui paraphrasim affert hujus Gaii* §.; Ulp. V. 7. *et* Cod. Theod. III. 10. 2.

(2) *Cui pater ex nuptiis non sit, pater est vulgus; ideo spurius dicitur quasi vel SINE PATRE, vel DISPERSIM, scilicet sine lege ortus, sicuti dictae fuere* Sporades *insulae Aegei inter Cretam et Cyclades, non ordine positae.* Plutarcus Quaest. Rom. 103. *notat tamen Sabinos spurium appellasse mulieris pudendum, quasi huic tantum natus pertineret.*

(3) *Extra nuptias tamen Romanis licebat concubinatus, scilicet viri non uxorati una cum foemina consuetudo, causa non matrimonii, sed sine vi, adulterio, vel incesto. Filii vero nec erant in potestate, nec justi liberi, sed saltem non erant spurii, et naturales dicebantur.*

Digitized by Google

da questo §. che era vietato aver due mogli, o due mariti. Narrano che Marcantonio avesse insieme Fulvia, e Cleopatra; aggiungono che G. Cesare, e Valentiniano propondessero alla poligamia; *Svet. in Caes.; Cassiodor. Istor. II., Paol. Diac. Ist. II.* Ma la proibizione fu costante, sotto pena dell' infamia per editto pretorio, *L.* 1. *in fin. ff. de his qui not. inf.*, e per costituzioni di principi sotto pena dello strupo, o altra straordinaria; *L.* 18. *Cod. de adult. L.* 2. *Cod. de incest. nupt.*

---

§. 64 (1). « *Chi pertanto fece nozze nefande, o incestuose non può avere nè moglie, nè figliuoli, e quei che nasceranno avranno madre, ma non padre* (2), *nè saranno in podestà altrui, tenendosi eguali ai nati dal volgo, a' quali sendo incerto il padre, suolsi dar nome di spuri, o dal greco come conceputi dispersamente, o come senza padre* (3). »

---

(1) Concordano il §. 12. *Inst. de nupt.*, nel quale fu parafrasato questo §. di Gajo, non che *Ulp. V.* 7. e il *Cod. Teod. III.* 10. 2.

(2) Quegli che per difetto dello nozze manca di padre è figlio del volgo, e dicesi spurio, cioè disperso, come le Isole dell'Egeo, che sono fra Creta e le Cicladi, dette Sporadi, cioè disperse, o poste senz' ordine. Plutarco per altro nelle *quest. Romane* 103. pretende che *Spurio* da Sabini si chiamasse quella parte da cui uscirono tai figli in luce, quasi da questa sola avessero vita.

(3) Ma ai Romani non era vietato il concubinato, cioè convivere con una sola femmina fuori del matrimonio, ma senza violenza, senza adulterio, senza incesto. I figli per altro non erano legittimi, nè in podestà del padre, ma almeno non erano spuri, e dicevansi naturali.

TITULUS XVII.

Quibus modis extra connubium nati in patris potestatem redigantur (1).

§. 65. « *Aliquando autem evenit, ut liberi, qui statim* AC *nati* sunt parentum in potestate non fiant, ii postea tamen redigantur in potestatem (2). »

---

(1) *Rubricam addidi.*

(2) *Conf.* Instit. de nupt. §. 12. in pr. *Quod olim quibusdam casibus erat admissum ex Legib. Aelia, et Junia, jam Gaii aevo exereverat.*

---

§. 66. « Itaque *si Latinus* ex lege Aelia Sentia (1) uxore ducta filium procreaverit, aut Latinum ex Latina, aut civem Romanum ex cive Romana, non habebit eum in potestate. SED EX INDULTO, ET NUPTIIS CONSERTIS (2), simul ergo eum in potestate sua habere incipit. »

---

(1) *Vide addita ad* §. 19. *et quae dicam inferius ad* §. 68.

(2) *Textum ultimis verbis mancum ex syglis et ex Gaii more integrare speravi. Credidi enim Gajum hic praeposuisse argumentum sequentium* §§.

Digitized by Google

TITOLO XVII.

Per quale maniera i nati fuori del connubio possano venire nella podestà del genitore (1).

§. 65. « *Talvolta avviene che il figlio, il quale nacque non soggetto alla podestà di suo padre, siavi sottoposto dopo* (2). »

---

(1) La rubrica fu da me aggiunta.

(2) Vedere le *Istit. de nuptiis* §. 12. *in pr.* Ciò che per alcuni casi, come di sopra accennammo, era già stato disposto dalle leggi Elia, e Giunia, erasi già diffuso ad altri casi al tempo di Gajo.

---

§. 66. « *A termini della legge Elia Senzia* (1) *se il Latino ammogliatosi procreò un figliuolo, che sarebbe stato Latino se l' avesse avuto da una Latina, o Romano se da una Romana, ei non vi avea patria podestà. Ma dopo il matrimonio, il padre potè per grazia conseguire su tal figlio l' autorità paterna* (2). »

---

(1) Si può vedere quello dissi al §. 19, e quello dirò al §. 68.

(2) Sperai racconciare le ultime parole del testo mancante, tenendomi alle sigle, e al costume di Gajo. Credetti in fatti che egli anche qui premettesse l' argomento dei §§. successivi.

Digitized by Google

§. 67. « Item si civis Romanus Latinam, aut peregrinam uxorem duxerit per ignorantiam, cum eam civem Romanam esse crederet, et filium procreaverit, hic non est in potestate, quia ne quidem civis Romanus est, sed aut Latinus, aut peregrinus, id est ejus condicionis, cujus et mater fuerit, quia non aliter quisquam ad patris condicionem accedit, quam si inter patrem et matrem ejus connubium sit; sed ex Senatusconsulto permittitur causam erroris probare, et ita uxor quoque, et filius ad civitatem Romanam perveniunt, et ex eo tempore incipit filius in potestate patris esse (1). Idem juris est si eam per ignorantiam uxorem duxerit, quae dediticiorum numero est; nisi quod uxor non fit civis Romana (2). »

---

(1) *Etsi pater esset civis, ex lege Mensia filius matris deteriorem sequebatur conditionem;* Ulp. V. 8. *Non tamen si civis ex errore nupserit Peregrinae, aut Latinae, credens nubere civi, nam probato errore ad civitatem uxorem et natum perducere poterat, et filium in potestatem redigere.*

(2) *Vide supra* §. 26. *et infra* §. *seq.*

---

§. 68. « Item si civis Romana per errorem nupta sit peregrino, tamquam civi Romano, permittitur ei caussam erroris probare, et ita filius quoque, et maritus ad civitatem Romanam perveniunt, et aeque simul incipit filius in potestate patris esse. Idem juris est si peregrino, tamquam Latino e lege Aelia Sentia nupta sit; nam et de hoc specialiter Senatusconsulto cavetur (1). Idem juris est aliquatenus si ei qui dediticiorum numero est, tamquam civi Romano, aut Latino e lege Aelia Sentia nupta sit; nisi quod scilicet, qui dediticiorum numero est, in sua condicione permanet;

§. 67. « *Se il Romano per ignoranza prese in moglie donna Latina, o Provinciale credendola Romana, e n' ebbe un figlio, questi non sarebbe sotto la sua podestà, e neppur sarebbe cittadino, ma Latino, o Provinciale come sua madre, imperocchè il figlio non acquista la condizione del padre senza il connubio fra entrambi i suoi genitori* (1). *Ma il Senatoconsulto permette di provare l' errore, affinchè moglie, e figlio diventino cittadini, e quindi comincia allora la patria podestà. E lo stesso accade se per errore un cittadino prese in moglie donna dediticia, fuorchè questa non può conseguire la cittadinanza* (2). »

---

(1) Abbenchè il padre fosse cittadino, il figliuolo secondo la legge Mensia seguiva la condizione più scadente di sua madre: *Ulp. V.* 8. Ma se per errore si ammogliò a provinciale o latina, credendola cittadina, provato l' errore poteva procacciare la cittadinanza tanto alla moglie quanto al figliuolo, e avere su questo la patria podestà.

(2) Vedere di sopra il §. 26, e inferiormente il seguente §.

---

§. 68. « *Così pure se la cittadina Romana per errore si maritò al Provinciale, come fosse Romano, essa potrà provare l' errore, e procacciare così la cittadinanza non meno al marito, che al figlio, e quest' ultimo verrà sotto la podestà di suo padre. E lo stesso si osserverà se essa, profittando della legge Elia Senzia, si maritò a Provinciale credendolo Latino, e il Senatoconsulto lo disse espressamente* (1). *Ed è quasi lo stesso se essa si maritò con un Dediticio credendolo cittadino Romano o Latino per godere il benefizio della L. Elia, da questo in fuori, che non si migliorerà la condizione Dediticia, ma il figlio sa-*

et ideo filius, quamvis fiat civis Romanus, in potestatem patris non redigitur. »

---

(1) *Aeque* Ulp. VII. 4. *loquitur de civitate per Senatusconsultum indulta parentibus, et liberis, si alteruter ex conjugatis per errorem prolapsus sit ad nuptias cum eo qui connubio destitutus erat. Alioquin* tit. III. §. 3. *loquutus erat de nuptiis ab Latinis initis testatione interposita de quaerendis liberis. Sed contentiones quamplurimae ex Ulpiani verbis oriebantur, quas Gajus dirimere mihi videtur, et meam conjecturam ostendam, concinne reasumptis LL. Aelia, Julia de M. O, et Junia Norbana. Harum prima, imperante Augusto jussa, manumissiones cohibuit, non solum ex fraude, sed et ex lubrico aetatis, vel ex infamia servi: ast minoribus manumissis romanam indulsit civitatem ob nuptias initias, ex patroni auctoritate, cum Latino, vel cum Cive; infamibus vero dediticiorum condicionem. Julia ab eod. Octaviano rogata civitate donavit Latinos ingenuos, qui cum cive nuptias iniissent ad sobolem procreandam, et filium susceptum ad annum aetatis perduxissent. Tandem Junia, Tiberio regnante rogata, minus solemniter, vel minoribus manumissis facticiam latinitatem indiscriminatim indulsit, nihil de probrosorum dediticia condicione mutato. Hadrianus igitur, cum Latinis ingenuis ex errore nubentibus, aberrationis caussae probandae facultatem praebuisset, id prolatari jussit etiam Latinis Junianis. Ideo Gajus hic, pro meo judicio, loquitur de femina manumissa, et minori, ex nuptiis inter cives adscripta, sed erranti, quae scilicet non civi, vel Latino ingenuo, sed reapse nupserat peregrino, vel Juniano, aut dediticio. Sequenti vero* §. 69. *ipsum loqui authumo de Latina Juniana, nuptias ex errore ineunte cum peregrino, et* §. 70. *de Latino Juniano, scilicet de eo qui ex L. Aelia putavit ad civitatem pervenire ex nuptiis cum cive, et reapse nupserat peregrinae. Loquitur enim Gajus, prout ego intelligo, non de nupta Latino ex L. Aelia, scilicet vix dediticio, sed de ea quae latinitatem cum optinuisset, civitatem adsciscere credidit ex L. Aelia, scilicet ex nuptiis, et cujus errori parsit Senatusconsultus. Quoad Ulpiani* §. 3. tit. III. *non abs re dubitandum foret scriptorem ibidem Juliam legem commutasse in Juniam, sed aeque credi potest Ulpianum Juniam memorasse, ex quo haec Juliam anteriorem confirmavisset circa res, de quibus Ulpianus ibidem disserebat.*

Digitized by Google

rà cittadino, libero per altro dalla patria podestà. »

---

(1) *Ulp. VII.* 4. parlò egualmente della cittadinanza impartita dal SC. ai Genitori od ai figliuoli, se o l'uno o l'altro dei coniugi si fosse congiunto per errore a chi era privo del connubio. D' altronde nel *tit. III.* §. 3. avea parlato delle nozze contratte da Latini colla dichiarazione di voler prole. Ma nacquero molte contese su quelle parole di Ulpiano, e parmi sian tolte da Gajo, nel modo che dirò dopo aver riassunto in breve quel che disposero le leggi Elia, la Giulia sui matrimoni, e la Giunia Norbana. La prima, che risale al tempo di Ottaviano, restrinse le manumissioni, non solo per forviar frodi, ma anco per età giovanile, o per l' infamia dei servi; però diede la cittadinanza al giovane, se contraesse matrimonio, consenziente il patrono, con persona cittadina, o Latina, e agli infami consentì la condizione dei Deditici. La Giulia, proposta dallo stesso Ottaviano, diè la cittadinanza a' Latini, ma ingenui, che si maritassero con persona cittadina per aver prole, e avendola, la facessero crescere fino all' anno compiuto. Finalmente la Giunia, proposta sotto Tiberio, diè la latinità indistintamente ai liberati privatamente, o in giovanile età, nulla mutando della dediticia condizione dei servi malvaggi. Adriano dunque nel perdonare l' errore a Latini ingenui, se dassero la prova di avere tolto persona provinciale credendola Romana, volle ciò estendere anco a Latini Giuniani. Quindi Gajo in questo §. parla della femina liberata, e ascritta fra cittadini pel suo matrimonio, ma che errò prendendo un Provinciale, un Giuniano, o un Dediticio, credendolo Cittadino, o Latino ingenuo; quindi nel seguente §. 69 parlò, a mio avviso, della Latina Giuniana, che credette conseguire la cittadinanza in forza della L. Elia maritandosi a Cittadino, e per errore si prese un Provinciale, e nel §. 70 del Latino Giuniano, o di colui che pensò di farsi cittadino ammogliandosi a cittadina, o realmente si prese una Provinciale. E ben parmi che Gajo parli non del Latino, ma della donna, che per L. Giunia avrebbe avuto la sola Latinità, ma si credette cittadina per L. Elia, cioè per le nozze. Quanto poi ad Ulpiano è molto facile che il copista nel §. 3. del *tit. III.* scambiasse L Giulia nella Giunia; ma può anche darsi che la Giunia posteriore confirmasse

§. 69. « Item si Latina (1) Peregrino, quem Latinum esse crederet, nupserit, potest ex *Senatusconsulto* filio *nato* causam *erroris probare: et ita omnes* fiunt cives Romani, *et* filius in potestate patris esse incipit (2). »

(1) *Scilicet ingenua, vel etiam Juniana.*

(2) *Videnda quae dixi ad §. praec. Spanheim egregie docuit progredientes concessiones juris civitatis, indultas Latio, Italiae, et Provinciis. Jam olim ad augendam urbem Lex indulserat sociis Latini nominis, et Romae migrantibus, ut cives fierent, etiamsi ex se domi relinquerent eorum stirpem. Insuper Latini se ultro civium Romanorum mancipio subjiciebantur, ut ab his manumitterentur, et cives facti domi uterentur Romana civitate. Sed cum migrationibus, quin immo et manumissionibus simulatis plerumque injuria afficierentur et populus Romanus, et populi socii, id mutatum est lege Censoria, jussa Claudio Pulchro, nec non Tiberio Graceo Coss., qua statutum ne Latini in urbem dicis caussa migrassent, vel manu mitterentur, quin jurassent propriae civitatis mutandae caussa, non autem rehabendae, id fecisse.* Liv. XLI. 8. et 9. *Sed Augustus, eo quod Romae deserta erant thalama, ut populum haberet, jus vetus restituit, et crevit, idque auxit Hadrianus.*

§. 70. « Id*em juris omnino est* si Latinus per errorem peregrinam, *quasi* Latin*am*, aut civem Romanam e lege Aelia Sentia (1) uxorem duxerit. »

la Giulia nell' argomento di cui parla Ulpiano, onde queste facesse menzione dell' ultima, anzichè della prima.

---

§. 69. « *Inoltre se una Latina* (1) *si maritò a Provinciale credendolo Latino, essa può secondo quel Senatoconsulto, natole un figlio, provare l' errore, e per tal modo tutti diveranno cittadini, e il figlio verrà sotto la podestà paterna* (2). »

---

(1) Intendi non meno ingenua che Giuniana.

(2) È da vedere quanto dissi sul paragrafo precedente. Lo Spanheim egregiamente dimostrò come la cittadinanza venisse gradualmente conceduta al Lazio, all' Italia, e alle Province. Già per lo addietro, onde accrescere la popolazione in Roma, la legge avea conceduto la cittadinanza a' Latini soci, che venissero a stanziare in Roma, quand' anche parte del loro casato rimanesse nel luogo nativo. Per soprappiù i Latini si vendevano col mancipio a un cittadino per farsi liberare come schiavi, e così diventare cittadini Romani, e privilegiati nel loro paese. Ma poichè di questi traslocamenti, e manomissioni simulate si rissentivano e i Soci, e il popolo Romano, fu rimediato per una legge Censoria, fatta sotto il consolato di Claudio Pulcro, e di Tiberio Gracco, con vietare le emigrazioni, e le manomissioni simulate, avendosi a giurare che si voleva proprio mutar paese. *Liv. XLI.* 8. *e* 9. Ma Augusto per aver popolo adonta che i matrimoni diradassero, rimise le cose nel piede antico, e le accrebbe, e appresso furono cresciute da Adriano.

---

§. 70. « *Lo stesso fu disposto se un Latino per profittare della legge Elia* (1), *prese in moglie la Provinciale, errando nel crederla Latina, o cittadina.* »

---

(1) *Diximus supra ad* §. 68.

---

§. 71. « Praeterea si civis Romanus, qui se credidisse*t* Latinum, *duxisset* Latinam, permittitur e*i*, filio nato, erroris caussam *prob*are, *tamquam si ex* lege Aelia Sentia (1) uxorem duxisset. Item his, *qui licet* cives Romani essent, peregrinos se esse credidisse*nt*, et peregrinas uxores duxissent, permittitur ex Senatusconsulto, filio nato, cassam erroris probare: quo facto peregrina uxor civis Romana (*fit*), et filius QUOQUE (2) non solum *ad civitatem Romanam pervenit*, sed *etiam in* potestatem patris *redigitur*. »

---

(1) *Vide supra ad* §. 68, *et confer quae dixi ad* §. 19. *n.* 4. *Hic vero obiter nota praepositionem* tanquam. *Proinde ego denuo dicerem L. Aeliam de femina minori statuisse nuptiarum caussa, et ad exemplum leges posteriores beneficium prolatasse etiam masculis minoribus, et nubentibus.*

(2) *Hoc tantum verbum ex sigla addidi.*

---

§. 72. « Quaecumque de filio esse diximus, eadem et de filia dicta intellegemus (1). »

---

(1) *Negant masculino genere numero singulari expresso contineri femininum; sed facti quaestio est, seu voluntatis;* L. 122. ff. de V. S. *Nam vel ex disponentis sententia, vel ex sermonis proprietate masculinum quandoquidem ad femininum porrigitur;* L. 84. *et praecipue* 172. ff. de V. S.

---

(1) Ne abbiamo parlato di sopra al §. 68.

---

§. 71. « *Inoltre se il cittadino Romano, che si credeva Latino, prese una Latina in moglie, natogli un figliuolo, potrà mostrare di avere errato, come se si fosse ammogliato per avere il favore della legge Elia Senzia* (1). *E del pari permettesi a quelli, che sebbene fossero cittadini, credendosi Provinciali sposarono una Provinciale, provare il loro errore, sempre che abbiano avuto un figlio; e per questa via non solo la moglie diverrà cittadina, ma il figlio* ancora (2) *avrà la cittadinanza, e verrà sotto la podestà del padre.* »

---

(1) Vedere la nota al §. 68, e quello che dissi al §. 19. Qui poi sono a ponderare gli avverbi *come se*, e io direi da capo che la L. Elia disponesse per la minorenne liberata che si maritasse, ed a somiglianza le leggi posteriori estendessero il favore ai maschi liberati senza l'età, i quali si ammogliassero.

(2) Aggiunsi questa ampliativa interpretando la sigla.

---

§. 72. « *Quanto dicemmo del figlio, dovrà intendersi anco della figlia* (1). »

---

(1) Vogliono che il mascolino nel numero singolare non contenga il femminino: ma la questione è di pretto fatto o di volontà, *L.* 122. *ff. de V. S.*, e secondo l'intenzione del disponente, o la proprietà del discorso, il mascolino si protrae talvolta al femminino, come nella L. 84. e principalmente nella L. 172. *ff. de V. S.*

---

§. 73. « Et quantum ad erroris caussam probandam attinet, nihil interest cujus aetatis filius, sive filia sit. E CONTRA SI EX SCIENTIA, ET ABSQUE DECLARATIONE Latinus CUM LATINA, VEL CONTRA LATINA CUM LATINO MATRIMONIUM INIVERINT, NIHIL EIS PRODEST SI quiDEM PROLEM SUSCEPERINT, SICUTI EX L. JULIA (1) nisi minor auniculo sit filius, filiave, caussa probari non potest (2). Nec me praeterit in aliquo rescripto Divi Hadriani ita esse constitutum tamquam quod ad erroris quoque *caussam* probandam, AB RIGORE PROBATIONIS ESSE ABSTINENDUM, QUIA Imperator CAUSSAM LIBERTATIS ET CIVITATIS tuendam dedit (3). »

---

(1) *Adnotatio addita edit. Lach. retulit L. Aeliae, et ego Juliae referendam duxi Gaii sententiam; nam 1° non liquet L. Aeliam statuisse de ortu, et de aetate nati: 2° quia de hujus aetate legibus posterioribus statutum fuisse constat, ideoque tutius his inhaerere videtur.*

(2) *Non enim sunt probanda quae probata non relevant, et scopum non habent, cum caussae non inserviant.*

(3) *In favorabilibus probationis rigori parcitur.*

---

§. 74. « *Item* peregrino QUOQUE ID IMPERATOR CONCESSIT. ENIMVERO SI PEREGRINUS CIVEM ROMANAM, HUJUS CONDITIONIS IGNARUS (1) uxorem duxisset, et filio nato, alias civitatem Romanam consecutus esset (2), deinde cum *quaereretur*, an *caussam* probare *posset*, rescripsit Imperator Antoninus, perinde posse eum *caussam probare*, atque si peregrinus mansisset. Ex quo colligimus, etiam peregrinum *caussam* probare posse (3). »

---

§. 73. « *Qualora però si tratti dell'errore, non cercasi l'età del figlio, o della figlia. Ma per contro se senza dichiarazione, e scientemente il Latino colla Latina, o la Latina col Latino vennero alle nozze, nulla ad essi gioverà la prole, come per la legge Giulia* (1) *non vale aver avuto il figlio, o la figlia, se l' anno dell' età non fu compiuto* (2). *Non è però da tacere, che per alcun rescritto di Adriano si volle prescindere dal rigore della prova, avendo l' Imperatore favorito la causa della libertà, e della cittadinanza* (3). »

---

(1) Nella nota all' edizione del Lach. il discorso di Gajo si vuol riferire alla L. Elia, ed io preferii di riferirlo alla L. Giulia: 1° perchè non consta, che la L. Elia prescrivesse la nascita, o l' età del fanciullo: 2° perchè è certo che l' età fu prescritta dalle leggi posteriori, e parvemi più confacente insistere su queste.

(2) Non si ammettono in fatti prove irrilevanti, o senza scopo, le quali non servano alla causa.

(3) Nelle cose favorevoli non esigesi rigore di prova.

---

§. 74. « *Anche ai Provinciali fu ciò impartito dall' Imperatore* (1). *Conciossiachè ve ne fu uno che prese in moglie una cittadina, ignaro della condizione di lei, e n' ebbe un figlio; di poi egli conseguì la cittadinanza, e non di meno, poichè chiese di essere ammesso a fare la prova del suo errore, n' ebbe facoltà dall' Imp. Antonino* (2), *come fosse tuttora provinciale. E' da ciò argomentasi che anche il Provinciale può provare l' errore* (3). »

---

(1) *Ea addidi quae vides.*

(2) *Scilicet ad solum finem filii in potestate habendi, cum civitate jam frueretur.*

(3) *Etiam ex facto sententia Legislatoris dignoscitur, praecipue in favorabilibus: nec minus valet quam explicita dispositio.*

---

§. 75. « *Ex iis, quae* diximus, ap*paret* QUOD error*e* NON ADMISSO NEC LATINUS, NEC *pere*grinus AUDIENDUS ERIT, ET qui*dem* NISI PER UNIUS SALTEM errorem CONTRACTUM FUISSET matrimonium. SI AUTEM nu*llus* *error* ADFUIT, ea quae superius DICTA SUNT LOCUM NON HABENT, CUM SI NULLUS ERROR intervenerit, SCIENTIBUS, ET VOLENTIBUS nullo casu JUS OPITULETUR (1). »

---

(1) *Quoad potui, hic et superius textum replevi, reliquias, quas Gosckenius sedulo recensuit insectans, et praecipue iis inhaerens, quae Gajus alibi docet, nec non juris regulis.*

---

§. 76. « SED SI LATINUS, VEL PEREGRINUS CONNUBIO PRAEDITUS VEL DONATUS, FEMINAM CONNUBIO NON DESTITUTAM uxorem duxerit, *sicut supra quoque* di*x*imus, jus*tum* matrimonium contrahiT, et tunc ex iis *qui* nascit*ur* civis Romanus est, et in potestate patr*is* erit (1). »

---

(1) *Replevi praesertim ex superiori* §. 56.

---

(1) Ben veggonsi i supplimenti da me fatti al testo guasto.

(2) Al solo scopo cioè di avere la patria podestà sul figlio, poichè la cittadinanza eragli stata già impartita.

(3) Il Legislatore anche col fatto mostra la sua volontà, specialmente nelle cose favorevoli; nè ciò val meno di una disposizione espressa.

---

§. 75. « *Da quanto abbiamo detto risulta che, senza l'errore, non si dà ascolto nè al Latino, nè al Provinciale, essendo necessario che uno almeno dei due coniugi errasse, senza di che non si fa luogo a quanto abbiam detto, poichè niuna indulgenza si usa a coloro che operarono scientemente, e a posta contro la legge.* (1). »

---

(1) Per quanto seppi riposi intero il testo di questo §. e dell'antecedente, seguitando le reliquie dal Goscken diligentemente raccolte, e soprattutto appuntellandomi in quello, che altrove da Gajo, e dalle regole di diritto mi fu insegnato.

---

§. 76. « *Ma se il Latino, o il Provinciale, che avesse, o conseguisse per grazia il connubio, prese in moglie una donna neppur essa sfornitane, siccome dicemmo, sarà giusto il matrimonio, e la prole che nascerà, avrà la cittadinanza, e sarà sottoposta alla podestà paterna* (1). »

---

(1) Per compiere questo §. mi valsi principalmente del precedente §. 56.

---

§. 77. « ITEMQVE (1) si civis Romana peregrino EX PEREGRINORUM MORE SCIENS SE UXOREM TRADIDIT, CIVITATE PRIVATUR. ERGA IGITUR patrem filius *est* tam*quam* si ex peregrina eum procreasset (2). Hoc TAMEN *tempore* eX Senatusconsulto, quod auctore Divo Hadriano factum est, *et*si non fuerit connubium inter civem Romanam et Peregrinum, qui nascitur justus patris filius est (3). »

---

(1) *Ex Gosckenii judicio nec non ut sententiae verba coirent, substitui ITEMQUE, quasi vicissim, prout* Sallust. Jug. 105, *et sustuli* Itaque, *cujus lectio erat incerta.*

(2) *Ut textum componerem Holvegii, et Gosckenii sententias rejeci, quae horridae visae sunt Lachmanno. Sed nec Lachmanni sententiam prosequi potui.*

(3) *Qui extra connubium ortum duxerat, cum ei suffragari non posset parentum matrimonium, habebatur quasi vulgo quaesitus, ita ut justo patre, et adgnatione destitutus erat olim. Sed Hadrianus iniquitatem juris correxit.*

---

§. 78. « Quod autem diximus, inter civem Romanam Peregrinum*que matrimonio contracto, eum, qui* nascitur peregrin*um* ORIRI, LEGI MENSIAE REFERENDUM EST (1). »

---

(1) *Vide notanda inferius. Ex linea vacua in textu conjectavi divisionem hujus §. ab insequenti.*

---

§. 78 *bis*. « CAUTUM EST ENIM eadem le*ge* PEREGRINUM GENERARI A CIVE si partus ENITATUR A qua

§. 77. « *Vicendevolmente* (1) *se la cittadina Romana scientemente volle farsi moglie con rito straniero ad un provinciale, essa perde la cittadinanza, e quindi il figlio di fronte a suo padre è come fosse stato generato da un provinciale* (2). *Ma a nostri tempi per un Senatoconsulto di Adriano, anche senza il connubio, quello, che nasce da un cittadino, e da una provinciale, non manca di una giusta paternità* (3). »

---

(1) Seguendo il parere del Goscken, e per unire questa alla precedente sentenza, posi un avverbio, che *Sallust. Jug.* 105 usò per *vicendevolmente*, togliendo una parola, di cui la lezione era dubbia.

(2) Nell' integrare qui il testo mi dipartii dall'opinione dell' Holveggio, e del Gosck., delle quali il Lachman sentì ribrezzo, ma non potei pur tenere quella dello stesso Lachman.

(3) Siccome quello che nasceva fuori del connubio non poteva giovarsi del matrimonio dei genitori, così tenevasi come spurio, e senza giusta paternità. Ma Adriano corresse tanta iniquità.

---

§. 78. « *Quanto però dicemmo che dal matrimonio fra cittadina e provinciale nascesse un provinciale, si vuol riferire alla legge Mensia* (1). »

---

(1) Veggasi quanto si dirà qui sotto. La linea vuota nel testo mi persuase a dividere questo §. dal susseguente.

---

§. 78 bis. « *Fu disposto in fatti in quella legge che sarebbe generato un Provinciale dal cittadino, qualora la madre*

et connubium non sit: CUM SI CONNUBIUM DEFICIT SEMPER peregrinus ex eo coitu nascatur. QUIA VERO EX GENTIUM JURE NATUS MATRIS CONDITIONEM CONSECUTURUS FUISSET *necessaria* lex FUERAT. SED HODIE MUTATUM est JUS, CUM POST MATRIMONIUM CONNUBIUM IMPARTIRI CONSUEVERAT, ET IDEO SENATUSCONSULTUM *accedit* CORRIPIENS qua parte jubet lex SEMPER CUM peregrina peregrinum A CIVE GENERARI; nam etiam CONNUBIO POSTMODUM INDULTO EX EA lege NATIS DAMNUM CIVITATIS futurum erat (1). »

---

(1) *Connubio igitur impartito, retrorsus indultum habuit vim ex SC. a die scilicet matrimonii, ne jam conceptus, vel natus injuria afficeretur. Goscken, et alii censuerunt haec esse referenda legi Mensiae, et ejus correptionibus, quod omnino probavi, tametsi accipere non potuissem reliqua ab eis hic conjectata, incertus equidem de his, quae ego animadversus sum. Pro meo igitur judicio Gajus necessitatem seu cohaerentiam probat legis Mensiae cum Gentium, et Romano jure, sed ejus commendat correptionem. Enimvero si civis peregrinam duxit uxorem, nonne Peregrini erant soci, vel subditi, auxilium militiis, et opes aerario ferentes? Erant ne imperio extorres, sicuti Barbari? Et Romani sparsim commorantes per orbem an parvo erant numero, si Mitridates octoginta millia sua in ditione invenerat, et trucidaverat? An quisquis illorum, nuptias optans, proficisci debebat Romam, ut ibi inveniret uxorem, quae in longinquas regiones secum ire voluisset? Correptio igitur institui coepit, et primum Senatus retrorsus valere jussit connubium post nuptias indultum, ne civitate caruissent nati.*

---

§. 79. « Adeo *autem* hoc latum est, ut IN EO CONTINEANTUR OMNES QUI CONNUBIO CARENT, NON SOLUM PEREGRINI, sed etiam qui Latini nominantur; ET ad alios La-

fosse sfornita del connubio, poichè se il connubio mancava, non poteva per tale unione nascer altro che un provinciale. E siccome per diritto di natura, il nato avrebbe conseguito la condizione di sua madre, così era stata necessaria, e conseguente la legge. Ma in oggi le cose sono mutate, essendo venuto in uso di concedere frequentemente il connubio dopo le nozze, ed essendosi aggiunto il SC. a correggere la detta legge, ove disponeva che sarebbe sempre Provinciale il generato dal cittadino colla Provinciale, affinchè il figlio, non ostante l' impartito connubio, non fosse privo della cittadinanza (1). »

---

(1) Dunque il Senatoconsulto diè valor retrivo all' indulto, e cioè fino dal dì del matrimonio, onde forviare il danno del figlinolo. Il Goscken, e gli altri riferirono alla legge Mensia e alla correzione della medesima, quanto Gajo dice qui e di sopra, ed io ne convengo, senza però attenermi alle altre cose da essi congetturate, abbenchè non sia sicuro di quanto pensai io stesso. Parvemi però che Gajo, benchè riputasse la legge Elia confacente al diritto delle genti, e al Romano diritto, pure ne commendasse la correzione. E di vero i Provinciali forse non erano soci, o sudditi, ajuto poderoso alle milizie, e provveditori dell'erario coi tributi? Erano forse stranieri all'Impero come i Barbari? E tanti Romani diffusi per ogni dove, così che narrano averne Mitridate spenti ottantamila che soggiornavano nel suo Regno, avean sempre a cercare a Roma le cittadine, che volessero recarsi in lontane regioni? Si venne dunque alla emenda, e anzi tutto il Senato diè valor retrivo al connubio impartito dopo le nozze, affinchè i figli nati nel frattempo non avessero danno.

---

§. 79. « *E si volle ciò estendere a chiunque avesse difetto del connubio per essere o Provinciale, o Latino di qualsifosse maniera, e quand' anche fosse di quelli che avevano*

tiuos pertinet, qui proprios populos, propriasque civitates habebant, et erant peregrinorum numero (1). »

---

(1) *Si indultum retrorsus ibat pro Peregrino, eo magis pro Latino.*

---

§. 80. « *Eadem ratio* FACIT UT (1) ex Latino et cive *Romana qui nascitur*, civis Romanus nascitur. Fuerunt tamen qui putaverunt, ex lege Aelia Sentia contracto matrimonio Latinum nasci, quia videtur eo casu per legem Aeliam Sentiam et Juniam (2) connubium inter eos dari, et semper connubium efficit, ut qui nascitur patris condicioni accedat: aliter vero contracto matrimonio, eum qui nascitur, jure gentium matris condicionem sequi (3). At *vero hodie nihil interest*; sed hoc jure utimur ex Senatusconsulto, quo, auctore divo Hadriano, significatur, ut OMNINO ex Latino et cive Romana natus civis Romanus nascatur. »

---

(1) *Böcking. jam emendaverat praeteritas editiones, et ego vix huic §. imposui manum. Rationem vero, cui Gajus innititur, supra explicui.*

(2) *Hic pro* Junia *sunt qui legunt* Julia: *saepe enim librarii unam pro alia scripserunt, prout accidit* Ulp. XXII. §. 19, *ubi scriptum est Junia, et Julia legendum, scilicet Julia Velleja de posthumis instituendis, prout ex Gajo infra* Com. II. *et ex* L. 3. ff. de iujusto testam. *Sed Junia post Aeliam statuit de connubio manumissorum, qui nuptias inirent, prout supra notavi ad* §§. 68. *et seqq. et de hac hic agitur.*

(3) *Manumissis minoribus per L. Aeliam Sentiam, et Latinitatem as-*

popolo, e città propria, ed erano annoverati fra provinciali (1). »

---

(1) Se l' indulto dovea ritrarsi indietro per favorire un Provinciale, molto più dovea ciò osservarsi per un Latino qualunque.

---

§. 80 (1). « *Per egual ragione quegli che nasca da un Latino, e da una cittadina, nascerà cittadino Romano. Alcuni però opinarono che, se vi fu matrimonio a forma della L. Elia Senzia, il figlio avesse a essere Latino, poichè per questa legge, e secondo la L. Giunia* (2) *non sarebbe mancato il connubio, che val sempre affinchè il figliuolo segua la condizione di suo padre: e solo se si fosse contratto il matrimonio senza connubio, il figlio per diritto delle genti seguiva la condizione materna* (3). *Ma in oggi, secondo il Senatoconsulto di Adriano, da Latino, e da Romana nasce sempre un cittadino Romano.* »

---

(1) Böeking avea già emendato questo §. nelle precedenti edizioni, ed io vi posi appena l' ultima mano. Di sopra accennai la ragione in cui Gajo insiste.

(2) In vece della legge *Giunia* alcuno vorrebbe leggere *Giulia*, poichè spesso i copisti scambiarono i nomi di queste due leggi, come accadde nel tit. *XXII.* §. 19. di Ulpiano, ove leggesi Giunia, e debbe leggersi Giulia, che sarebbe la Giulia Velleja sull'istituzione dei postumi, lo che si vedrà nel nostro Gajo *Com. II.* e appare dalla *L.* 3. *ff. de injusto testam.* La Giunia dopo la Elia imparti il connubio ai servi in minore età liberati, che si acconciarono in matrimonio, e di questa qui si tratta, come notai al §. 68. e seg.

(3) Quel servo minorenne, al quale per la legge Elia Senzia poteva

sequentibus, sed nubentibus ex eodem lege, vel ex L. Junia, non erat patrio certa praeter Romam, et erant Latini. Hinc contentio: eront enim qui putabont esec locum legi Mensiae, et qui eidem non esse locum autumabant, quia connubium non defuerat. Hadrionus vero nuptiae, et cives cooptons, et aequitatem insectans, statuit ut, lege Mensia seposita, civis esset qui ortus fuisset.

---

§. 81. « *H*is convenienter *etiam illud* Senatusconsulto, divo Hadriano SACRATISSIMO auctore, significatur, ut ex Latino *et* peregrina, item contra ex peregrino *et Latina qui nascitur* matris condicionem sequatur (1). »

---

(1) *Vide supro. An L. Mensio loqueretur etiam de Latinis, vel tantummodo de Peregrinis sunt qui contendunt.*

---

§. 82. « Illud quoque his conveniens est, quod ex ancilla et libero jure gentium servus nascAtur (1), et ex libera et servo liber nascAtur (2). »

---

(1) *Scilicet servus oritur in potestote Domini oncillae, et ex jure accessionis, prout ex vacco vitulus, vel ognus ex pecoro domino vaccae, et pecorae nascitur, vel dic quia inter liberum, et ancillam non est connubium.*

competere la sola Latinità, non avea patria fuor di Roma, ma pur era Latino. Se però ammogliandosi a cittadina di conformità alle LL. Elia, e Giunia procreasse un figlio, nasceva questione se questi fosse o no cittadino. Da una parte dicevasi che per la legge Mensia non giovasse la maternità, e dovesse il nato avere la condizione inferiore del padre: dall'altra volevasi che essendovi il connubio fra Genitori non c'entrasse la legge Mensia. Adriano, che bramava i matrimoni, voleva aver cittadini, ed aveva a cuore l'equità, dispose che, messa in disparte la legge Mensia, nascesse un cittadino.

---

§. 81. « *E confacentemente anche in altro Senatoconsulto proposto da Adriano fu significato che chi nascesse o di Latino, e Provinciale, o di Provinciale e di Latina, conseguirebbe lo stato o condizione di sua madre* (1). »

---

(1) È da vedere quanto fu detto superiormente. Non manca chi pretenda che la legge Mensia non parlasse dei Latini, ma soltanto dei Provinciali.

---

§. 82. « *Anche questo però si confà colle premesse, che della schiava, e di uomo libero nasca secondo il diritto delle genti uno schiavo* (1), *e di donna libera e di uno schiavo nasca un uomo libero* (2). »

---

(1) Il nato della schiava appartiene al padrone della medesima, siccome per diritto dell'accessione il vitello, o l'agnello appartiene al padrone della vacca, o della pecora, e bisogna aver a mente che fra la schiava, e l'uomo libero non è connubio.

(2) *Contra vero ex servo et libera natus ex gentium jure liber fori. Conf.* Ulp. V. 9.

---

§. 83. « Animadvertere tamen debemus SI EAM (1) juris gentium regulam, vel lex aliqua, vel quod legis vicem optinet, aliquo casu NON commutaverit. »

---

(1) *Textum reposui cum Blum. ut legeretur = SI EAM = non autem = NE. = Addenda postremo in ultima parte erat negativa, ut intelligeretur exceptus casus, quo regulae juris gentium derogatum fuisset.*

---

§. 84. « Ecce enim ex Senatusconsulto Claudiano poterat civis Romana, quae alieno servo, volente domino ejus coiit, ipsa ex pactione libera permanere, sed servum procreare: nam quod inter eam et dominum istius servi convenerit, ex Senatusconsulto ratum esse jubetur. Sed postea divus Hadrianus iniquitate rei et inelegantia juris motus, restituit juris gentium regulam, ut cum ipsa mulier libera permaneat, liberum pariat (1). »

---

(1) *En casus exceptionis superiori §. relatae, nempe Claudii SC. Plenius retulit hujuses Senatusconsulti sanctiones Paulus* Sentent. II. tit. 21. per tot. *Tacitus tamen* Ann. XII. 53. *refert Senatum ex Claudii oratione statuisse liberam, ignari domini cum servo prolapsam, in sui servitutem consensisse, sed natos pro liberis haberi. Adde tamen colligi ex Taciti Farnesiano Codice* « gnari et tollerantis dnmini feminam fieri libertam; » *quod pro ingenua interpretatus est J. Lipsius; sed Paulus* Sent. IV. 10. 2. *memorat baccantem vel* ancillam, *vel* libertam *fieri, ex*

(2) Per contro il nato da donna libera, che fu generato dallo schiavo, secondo il diritto delle genti dovea esser libero. Vedere *Ulp.* V. 9.

---

§. 83. « *Intendesi peraltro se non siavi qualche legge, o statuto equivalente, che in qualche caso abbia derogato alla regola del diritto delle genti* (1). »

---

(1) Nel ricomporre con Blumio il testo, ebbi a mettere in chiaro il concetto, che la regola non fosse in qualche caso limitata.

---

§. 84. « *Ed infatti secondo un Senatoconsulto di Claudio, se donna libera si mescolò con servo consentendovi il padrone, la donna rimarrà libera, ma il figlio sarà schiavo, poichè il Senatoconsulto non volle rompere ciò che erasi convenuto fra la donna e il padrone dello schiavo. Ma Adriano rimediò a tale iniquità, e sozzurra, e tenendo ferma la regola dispose, che dovendo la donna essere libera, lo fosse anche il figliuolo* (1). »

---

(1) Ecco nel SC. Claudiano una delle eccezioni accennate nel precedente paragrafo. Paolo nelle *Sent. II. tit.* 21. riportò le disposizioni del memorato SC. Tacito però negli Annali (XII. 53.) riferì che, secondo l' orazione di Claudio, la donna libera, la quale si mescolasse con lo schiavo altrui all' insaputa del padrono, s' intendesse consenziente ad essere schiava, ma libero fosse il nato. Nel testo Farnesiano di Tacito leggesi per altro, che la femmina diventava *liberta*, se il padrone conosceva, e tollerava lo scandalo, e fu malamente lotto *libera* da G.

quo argumentantur si dominus consenserit, feminam fieri ejus libertam, si abnuerit, ejus ancillam. Svetonius vero in Vespasianum, *hunc auctorem fuisse scripsit Senatusconsulti, quo ingenua servili baccans libidine omnino fieret ancilla. Ex Paulo autem Claudiani Senatusconsulti sententiam habemus, et ex Gajo Hadriani judicium. Monet insuper Paulus tribus denunciationibus baccantem feminam per obgannientem dominum esse monendam.*

---

§. 83. « EX ERRORE, ET LEGE JULIA *ex* ancilla et libero poterant liberi nasci: nam ea lege cavetur ut si quis cum aliena ancilla, quam credebat liberam esse, coierit siquidem masculi nascantur, liberi sint: si vero feminae, ad cum pertineant, cujus mater ancilla fuerit. Sed et in hac specie divus Vespasianus inelegantia juris motus restituit juris gentium regulam, ut omni modo, etiamsi masculi nascantur, servi sint ejus, cujus et mater fuerit (1). »

---

(1) *Hujus* §. *prima verba pro meo judicio reposui, et L. Juliae retuli. Alii L. Aeliae retulerunt, quae de libertinis statuit, et ex utraque esse posset, ut ex ancilla, et ex liberto orirentur liberi, nempe libertini. Ponderanda enim sunt verba Veteris Juriscons. de Jure Fisci fragm.* §. 12. *quae ita sonant:* Libertas Caesaris (*nempe Octaviani*) tam manumissione, quam beneficio conjunctionis affectae etc. *nec non alia ejusdem Juriscons.* « Sane patris et patroni ignorantis jus non minuitur. » *Sensus ideo esse potest ut si manumissus nupserit ancillae, quam liberam crediderat, libertinitas indulta sit non feminae, sed hujus natis, et ita in matrem sarta sint jura dominii, in ceteros patronatus jura. Si vero libera servo nupserit, Antoninus vetuit injuriam inferri, ita ut dos exstans, vel res ex ea comparatae restituerentur: consumta vero solvenda esset ex peculio,*

Lipsio. Paolo nel 4. tit. 10. §. 2 delle sentenze ricorda esso pure la donna, o schiava, o liberta per sua libidine. Laonde concluderei che, se il padrone avesse consentito, la femmina sarebbe sua liberta, e se il padrone fu renuente, sarebbe caduta in ischiavitù. Sebbene Svetonio riferisse a Vespasiano la disposizione che riduceva la femmina libidinosa in assoluta schiavitù, abbiamo da Paolo la disposizione di Claudio, e troviamo in Gajo quella di Adriano. Ne avvisò per altro Paolo, che la femmina dovesse essere tre volte diffidata dal padrone, se questi fosse avverso allo scandalo.

---

§. 85. « *Se avvenne errore, potranno nascere secondo la L. Giulia di schiava e di uomo libero figliuoli liberi. Difatto se uno sposò l' altrui schiava credendola libera, quella legge disponeva che se nacque maschio, questo sarebbe libero, e se nacque femmina, questa sarebbe schiava del padrone di sua madre. Ma anche in questo caso il divinizzato Vespasiano corresse l' incoerenza, e tenne ferma la regola del diritto naturale, cosicchè i nati, quand' anche fossero maschi, fossero schiavi di quello a cui apparteneva la madre loro* (1). »

---

(1) Ricomposi le prime parole di questo §. riferendole alla L. Giulia. Altri le riferirono alla legge Elia, che dispose sui libertini, e potrebbe darsi che per amendue queste leggi da una schiava nascessero libertini. Bisogna infatti considerar bene queste parole dell' antico Giureconsulto nel frammento sui diritti fiscali §. 12. « *La libertà proviene da Cesare* (cioè da Ottaviano) *tanto per manomissione, quanto per congiungimento nuziale* » e queste altre « *certamente non è offeso nè il diritto del padre, nè quello dell' ignaro patrono.* » Il senso dunque potrebbe essere che se un manomesso avesse preso in moglie una schiava credendola libera, la libertinità fosse in antico impartita non alla madre, ma ai figliuoli, cosicchè fossero salvi il dominin del padrone sulla schiava, e i diritti del patrono sul padre, e sui figli. Ma se la donna libera prese a marito uno

omnibus, praeter dominum, pospositis servi creditoribus; L. 3. Cod. et L. 22. in fin. ff. soluto matr.

---

§. 86. « Sed illa pars ejusdem legis salva est, ut ex libera et servo alieno, quem sciebat servum esse, servi nascantur (1). Itaque apud quos talis lex non est (2), qui nascitur jure gentium matris conditionem sequitur. »

---

(1) *Ita ut in servitutem vindicari possit etiam post ejus patris mortem per quinquennium;* L. 2. pr. ff. ne de stat. defunct.

(2) *Scilicet ubi minime lex connubii viguisset. Sunt etiam qui crediderunt connubium proficisci a legibus. Regiis, quae urbe vel pomerio non egrediebantur.*

---

§. 87. « Quibus autem casibus matris et non patris condicionem sequitur qui nascitur, iisdem casibus in potestate eum patris, etiamsi is civis Romanus sit, non esse plus quam manifestum est. Et ideo superius rettulimus, quibusdam casibus per errorem non justo contracto matrimonio senatum intervenire et emendare vitium matrimonii, eoque modo plerumque efficere, ut in potestatem patris filius redigatur (1). »

---

(1) *Diximus supra. Nota tamen aliis casibus, non autem hoc, indultum ipso jure retrahi posse, prout infra.*

---

schiavo credendolo libero, Antonino non volle fosse la poveretta in danno, e dispose che le cose dotali in essere, o quelle nelle quali si fosse erogata la dote fossero restituite, e la dote fosse pagata col peculio dello schiavo, a preferenza degli altri creditori, eccettuato il solo padrone; *L.* 3. *Cod. et L.* 22. *in fin. ff. solut. matr.*

---

§. 86. « *Ma è illesa la legge nell' altra sua disposizione che da donna libera, e da chi era noto per ischiavo alla donna, nascano schiavi* (1). *Dove però questa legge non è in vigore* (2) *il nato segue sempre la condizione di sua madre.* »

---

(1) Onde può rivendicarsi anche dopo la morte del suo genitore per tutto un quinquennio; *L.* 2. *pr. ff. ne de stat. defunct.*

(2) Cioè nei luoghi a' quali non estendevasi il rigore della legge sul connubio. E alcuni credono, che il connubio avesse origine dalle leggi Regie, le quali fuor di Roma, e del Pomerio non avevano valore.

---

§. 87. « *È però nell' aperto che quantunque volte il figlio segue la condizione della madre, e non del padre, sebbene esser possa cittadino, non perciò è sotto la patria podestà. E quindi dicemmo di sopra che in certi casi interveniva il Senato, affinchè se per errore non fu giusto il matrimonio, fosse emendato il vizio, anco per assoggettare il figlio alla paterna podestà* (1). »

---

(1) Ne abbiamo parlato di sopra; è però da notare che in altri casi, ma non in questo, davasi effetto retrivo all' indulto.

Digitized by Google

§. 88. « Sed si ancilla ex cive Romano conceperit, deinde manumissa civis Romana facta sit, et tunc pariat, licet civis Romanus sit qui nascitur, sicut pater ejus, non tamen in potestate patris est, quia neque ex justo coitu conceptus est, neque ex ullo Senatusconsulto talis coitus quasi justus constituitur (1). »

---

(1) *Concepit ancilla, et ante partum manumissa est. Filius condicionem quam mater habet in partus momento consequitur, non autem redigitur in patris potestatem, quoniam quoad paternitatem tempus conceptionis inspicitur. Est ideo spurius, nec in patris potestate, cum juris rigor hoc casu minime correptus sit. Legitimatio enim per subsequens matrimonium ante Constantinum penitus erat ignota. Gajus prosequitur et declarat hujus §. materiam in §. seq.*

---

§. 89. « Quod autem placuit, si ancilla ex cive Romano conceperit, deinde manumissa pepererit, qui nascitur liberum nasci, *natu*rali ratione fit. Nam hi qui illegitime concipiuntur, statum sumunt ex eo tempore, quo nascuntur: itaque si ex libera nascuntur, liberi fiunt, nec interest, ex quo mater eos conceperit, cum ancilla fuerit. At hi, qui legitime concipiuntur, ex conceptionis tempore statum sumunt (1). »

---

(1) *Probant* Ulp. V. 10, *et* Paul. II. 24. 1.

---

§. 88. « *E se la schiava abbia conceputo di un cittadino Romano, e di poi sia stata liberata, e quindi partorisca, abbenchè il nato sia cittadino, non però cade nella podestà del padre* (1), *poichè il concepimento non fu legittimo, nè alcun Senatoconsulto lo ebbe per giusto.* »

---

(1) Una schiava gravida fu manomessa, quindi si maritò al padre del feto. Il figlio che nascerà avrà la condizione della madre nel momento del parto, ma non cadrà sotto la podestà paterna, poichè questa non procacciasi senza legittimo concepimento. Tal figlio è dunque nato spurio, e in questo caso il rigore del diritto non fu corretto. La legittimazione per via di posteriore matrimonio era ignota pria di Costantino, come diremo fra poco. Gajo prosegue a ragionare sull' accennato caso nel §. seg.

---

§. 89. « *La libertà del figlio generato da cittadino sopra una schiava liberata prima del parto, fondasi nella legge naturale. Quelli infatti che illegittimamente sono concepiti, prendono lo stato della madre nel giorno del parto, e se escono da donna libera sono liberi, nè cercasi da chi fossero generati durante la schiavitù materna. Quei soli che legittimamente sono generati desumono lo stato loro dal momento della loro concezione* (1). »

---

(1) Lo confermano *Ulpiano V.* 10, e *Paolo II.* 24. 1.

---

§. 90. « Itaque si cui mulieri *civi Romanae praegnanti* aqua et igni *inter*dictum fuerit, eoque modo peregrina *fiat*, *et* tunc pariat, complures distinguunt et putant, si quidem ex justis nuptiis conceperit, civem Romanum ex ea nasci (1), si vero vulgo conceperit, peregrinum ex ea nasci. »

---

(1) *Patri pertinet enim filius si nuptiae praecesserint, nec obest matris praegnantis capitis minutio.* Ulp. V. 10, *ita rem definit:* « In his, qui jure contracto matrimonio nascuntur conceptionis tempus spectatur: in his autem, qui non legitime concipiuntur editionis. » *Senatusconsulta tamen certis casibus rigorem temperarunt.*

---

§. 91. « Item si qua mulier civis Romana praegnans ex Senatusconsulto Claudiano ancilla facta sit ob id, quod alieno servo *coierit*, denuntiante domino ejus (1), complures distinguunt et existimant: si quidem ex justis nuptiis CONCEPTUS FILIUS SIT (2), civem Romanum ex ea nasci; si vero vulgo conceperit, *servum* nasci ejus, QUAE CUM mater EST, facta est ancilla (3). »

---

(1) *De denunciationibus diximus supra ex Paulo. Has inculcavere Arcadius et Honorius:* Cod. Th. lib. IV. tit. 9. L. 7. *Item nos monet Theophilus consuevisse septem testibus his denunciationibus uti.*

(2) *Textum restitui ab Hollw. corruptum, qui legi putavit* = conceperit = *tametsi textus exhiberet* = concep.... sit = *Insuper spatium vacuum replevi addens FILIUS. Nec ut abstinerem me moverat Goesch. notans in secundo membro reperiri verbum* conceperit, *quoniam facile subintellexi* = illa = *cui optime cohaerere duxi subsequens correlativum* ejus. *Tandem* = cum = *posui in locum* = cujus. =

§. 90. « *Il perchè, se a donna fu tolto usare acqua e fuoco, e partorì dopo scaduta dalla cittadinanza, molti distinguono pensando, che se concepì per giuste nozze, nascerà un cittadino, e se fuor di matrimonio nascerà uno straniero* (1). »

---

(1) Il figlio appartiene in fatti al padre se preesista matrimonio, o non nuoce che la madre durante la gravidanza decada dalla cittadinanza. Ulpiano, nel tit. V. §. 10. riassume in questi termini la regola; per quelli che nascono da legittimo matrimonio si osserva il giorno del concepimento: per gli altri, il tempo del parto. Ma i Senatoconsulti in certi casi temperarono il rigore.

---

§. 91. « *Inoltre se donna già gravida mescolandosi a uno schiavo divenne schiava in forza del SC. Claudiano, e il padrone la diffidò* (1), *molti distinguono, dicendo che il figlio conceputo in istato di matrimonio* (2) *sarà cittadino, e quello che il fu fuori del matrimonio, sarà schiavo, nascendo dopo che sua madre sia caduta in ischiavità* (3). »

---

(1) Ho già detto sulla testimonianza di Paolo che esigevansi tre diffidazioni. Arcadio ed Onorio le inculcarono *Cod. Th. lib.* 4. *tit.* 9. *L.* 7. e Teofilo avvisa che si volevano fatto avanti sette testimoni.

(2) Qui riposi il testo, che parvemi corrotto dall' Holv. che leggeva *conceperit*, benchè nel testo apparisse concep... sit, e in uno spazio vuoto posi la parola *filius*. Nè mi rimosse il Goesck. che osservava trovarsi il verbo *conceperit* nella seconda parte del testo, poichè in quest' altro luogo era facile sottintendere *illa*, di coerenza al relativo *ejus* che veniva dopo.

(3) *Aliam emendationem hic posui, ne turbidus videretur textus.*

---

§. 92. « *Item peregrina* quoque si vulgo conceperit, deinde civis Romana *facta sit*, *et pariat*, civem Romanum parit: si vero ex peregrino, (*cui*) secundum leges moresque peregrinorum conjuncta *est*, videtur ex Senatusconsulto (1) quod auctore divo Hadriano factum *est*, peregrinus (*nasci*), nisi patri ejus civitas Romana *quaesita sit* (2). »

---

(1) *Non enim erravit, sed consulto civitati nuncium misit.*

(2) *Si vero ejus vir civitatem post nuptias obtineat, vide supra* §. 77. *et infra* §. 94.

---

§. 93. « Si peregrinus CIVITATE ROMANA CUM FILIIS SUIS DONATUS FUERIT (1), non aliter filii in potestate ejus fiunt, *quam si Imperator eos in potestatem* redegerit (2), quod ita demum is facit, si causa cognita aestimaverit hoc filiis expedire (3): diligentius *vero* atque exactius HANC (4) caussam cognoscit de impuberibus, absentibusque. Et haec ita edicto Divi Hadriani significantur (5). »

---

(1) *Siglarum vestigia haec sunt* c... u... ili... s. f * t, *et Goesck. primus suspicavit legenda quae ego majuscolo hic addidi charactere.*

(2) *Dixi supra ad* §. 77. *Confer. infra Com. III*, 20.

(3) *Patria potestas libertatem adimit, et ideo natum innocuum et invitum non esse in eam redigendum censuit etiam Justinianus* Nov. 89,

(3) Anche qui emendai le altre lesioni, affinchè torbido non apparisse il testo.

---

§. 92. « *In conformità di ciò la Provinciale, che fuori del matrimonio ingravidò, poi divenne cittadina, e finalmente si sgravò, avrà partorito un cittadino. Se però era maritata ad un Provinciale secondo le leggi, e gli usi Provinciali, partorirà un Provinciale giusta il SC.* (1) *di Adriano, a meno che suo marito non addivenga cittadino* (2). »

---

(1) Di fatto non errò, ma avvertitamente rinunziò alla cittadinanza.

(2) Se però il marito avrà conseguito posteriormente la cittadinanza, basterà vedere quel che dicemmo al §. 77. e che si dirà al §. 94.

---

§. 93. « *Quando lo straniero coi suoi figli sia fatto cittadino romano* (1), *i figli non cadono sotto la podestà paterna se nol disponga l' Imperatore* (2), *locchè ei non fa se non vegga buona ragione* (3); *cui tanto più per minuto vuol esplorata, se il figlio sia impubere, od assente* (4): *e così fu espresso l' Editto di Adriano* (5). »

---

(1) Le vestigia del testo dierono al Goesck. il pensiero del supplemento che io formulai aggiungendolo in lettere maiuscole.

(2) Ne ho parlato di sopra al §. 77, e si vegga pure il §. 20 nel Com. III.

(3) Patrio potere toglie libertà, che all' innocente senza suo consenso non si può togliere, come avvisò anche Giustiniano nella Nov. 89,

cap. 2. *Ex utilitate tamen diligentius, atque exactius pro impubere vel absenti explorata, hujus consensus praesumitur, et injuria eum non affici Hadrianus optime est arbitratus.*

(4) *Adverbium* vero *retinui, et ex littera* h *quae in textu reperitur posui* hanc, *expulso adverbio* enim *prioribus addito editionibus.*

(5) *Plin. Epist.* X, 6. *et Panegyr.* 37.

---

§. 94. « Item si quis cum uxore praegnante civitate Romana donatus sit, quamvis is qui nascitur, ut supra diximus (1) (*civis*) Romanus sit, tamen in potestate patris non fit. Idque subscriptione divi Hadriani significatur (2). Qua de caussa qui intellegit uxorem suam esse praeguantem dum civitatem sibi, et uxori ab Imperatore petit, simul ab eodem petere debet, ut eum qui natus erit, in potestate sua habeat (3). »

---

(1) *Holw. hoc loco addidit* civis, *cujus in textu vestigium non est.*

(2) *Subscriptio pro Principis statutum sumitur.* L. 1. §. 1. ff. de Const. Princ.

(3) *Vide supra ad* §. 77.

---

§. 95. « Alia caussa est eorum qui latini sunt, et cum liberis suis ad civitatem Romanam perveniunt: nam horum *in potestate fiunt* liberi (1). Quod jus (2) quibusdam *peregrinis* PRINCIPES GRATIIS, AUT POPULUS FIDEI PRAEMIO CONCESSERANT, SED OLIM DONABATUR QUO PETERETUR EATENUS (3). »

Digitized by Google

c. 2. Ma utilità del pupillo, o dell' assente, a fondo verificata, fa presumere il consenso, ed esclude ingiuria, come pur bene giudicò Adriano.

(4) Trovando nel testo qui un' *h* posi HANC, ed espulsi l' avverbio *enim* posto nelle anteriori edizioni.

(5) Plinio *Lettere* X. 6, e Panegirico Cap. 37.

---

§. 94. « *Ma se alcuno fu ricevuto cittadino, e avea gravida sua moglie, abbenchè il portato nasca cittadino* (1) *Romano, non però cade sotto la podestà paterna. E ciò fu espresso nella costituzione* (2) *del divinizzato Adriano. Il perchè ognuno che sappia gravida la moglie, nel chiedere all' Imperatore la cittadinanza per sè, e per la donna, dee anche domandare la patria podestà sul figlio nascituro* (3). »

---

(1) Holvegio aggiunse questa parola *cittadino*, di cui non era traccia nel testo.

(2) Il testo dice sottoscrizione, la quale significa costituzione del Principe; *L.* 1. §. 1. *ff. de Const. Princ.*

(3) Vedi il §. 77.

---

§. 95. « *Altro è se si tratta di Latini, che coi loro figli pervengano alla cittadinanza; poichè questi conseguono podestà sui figli* (1). *Di che* (2) *i Principi graduirono alcuni Provinciali, o il popolo Romano fece concessione in premio di fedeltà a sudditi, e anticamente a quei che il domandassero* (3). »

---

(1) *Igitur latinis hoc specialiter indultum.*

(2) *Hunc* §. *ita integravi ex sillabis* = grat.... aut.... et eat = *et ex aliis notis quae supersunt.*

(3) *Narravit Livius populi concessiones, antiquiori aevo faciles, et datae eatenus cum peterentur, easque sedulo censuit Plinius* Hist. Nat. III. *enumerans populos, quibus jus vel quiritium, vel latii concessum. Nec memoria me deserit Neronem jus Latii transtulisse Alpium maritimarum inhabitantibus, idemque jus profudisse in Acheos, quia scenicas ejus victorias, et stuprorum monstra plausu, donis, et coronis celebraverunt, tametsi ejus facinora tam sordida fuissent, ut vel ea fari scelus foret;* Tacit. Ann. XVI. Dion. XLIII. Svet. in Ner. XXIX.

---

§. 96. « JUS PEREGRINORUM, QUI CUM ROMANUM HONOREM, VEL (1) Magistratum gerunt, civitatem Romanam consecuntur, minus latum (2) est, cum hi tantum qui vel Magistratum vel honorem gerunt, ad civitatem Romanam perveniunt (3). Idque complurimis epistolis Principum significatur. »

---

(1) *Sintaxis et sensus verba hic deficere suadebant, et addidi.*

(2) *Scheda affert* lanum, *et* latum *legi cum Bl. non autem* latinum *cum Goesck. et Niebuhr., quorum primus duplicem honorem Romanum et Latinum, alter* majus, *et* minus Latium *hic excogitarunt.*

(3) *Obvia sententia mihi visa est. Haec scripsit Phot. Bibl. Cod. XCIV* « Soaemus, Archaemenedis filius, Arsacae nepotis, qui rex regibus natus, creatus tamen Romae Senator, immo et Consul, ac deinde Rex iterum Majoris Armeniae. » *Cum ergo Senatorius honor, vel Consulatus Soaemo impartiti, ab ejus persona egressi non sint, prono alveo fluit civitatis jus ab eo egredi non potuisse, aut perduci ad uxorem, vel uxores ejus, aut ad ejus filios, neve illas in ejus manum, neve hos in ejus potestatem redactos fuisse, quod Gajus absque ambiguitate significavit, dicens* cum hi

(1) Questo era però un privilegio dei latini.

(2) Così rieomposi questo §. sulle poche tracce che ne rimanevano.

(3) Le concessioni della latinità, che in antico furono frequenti, furono narrate da Livio, e le raccolse Plinio nella storia nat. III, enumerando tutti i popoli fatti Latini, o cittadini Romani. E mi sovviene di Nerone che fu liberale dei diritti del Lazio a' popoli delle Alpi Marittime, e poscia a' Greci, perchè col plauso, i doni, e le corone celebrato aveano suo sceoiche vittorie, e sue mostruose laidezze, cui fora misfatto sol nominare. *Tac. An. XVI. Dion. XLIII. Svet. in Ner. XXIX.*

---

§. 96. « *Il diritto della cittadinanza, che lo straniero acquista salendo ad onore* (1), *o Magistratura Romana, è più ristretto* (2), *poichè divien cittadino quel solo* (3) *che ne fu onorato, locchè in molti diplomi imperiali fu avvertito.* »

---

(1) Il senso e la sintassi palesavano un difetto di parole, che io aggiunsi.

(2) Nella scheda vedesi *latium*, e io con Bl. lessi *latum*, non già *latinum*, come fecero Goesck. e Niebuhr, il primo dei quali pensò a duplice onoranza latina e romana, l' altro a un laziale diritto, più o meno largo.

(3) Facile mi parve il senso. Leggesi in Fozio Bib. Cod. 94. che « *Soemo, figlio di Archemenede, nipote d' Arsace, il quale nato di Re, fatto Senatore e Consolo, fu rimesso sul trono dell' Armenia Maggiore.* » Or essendo personale l' onore, o l' ufficio, compartito a Soemo, anco personale esser dovea la cittadinanza da lui conseguita, nè le mogli, o i figli di Soemo ebbero ad acquistarla, nè ebbero quelle a cadere nella mano maritale, o questi nella patria podestà: locchè da Gajo fu espresso, quando disse *che il solo onorato* divien cittadino, e quando aggiunse

tantum *etc. subdens jus civitatis hoc casu minorem latitudinem habere, quod explicuit dicens* « minus latum est. » *Noto me ab hoc referrendo exemplo non distulisse Romana praenomina Soaemo per Reinesium inscripta, quamvis ex his suspicaturus quis foret Soaemum prius civitate donatum, quam ad Senatum et Consulatum evectum. Innixus est enim Reinesius uno tantum lapide, per Maffeium (A. C. L. p. 400) spurio renunciato. Addo lapidem illum creatum fuisse ab maculoso Ligorio, prout ex ejus authographis Aug. Taur. asservatis, Tom.* 11.

Antequam vero alia aggrediamur, praeterire nefas esset natos ex concubina, scilicet ex consuetudine maris et feminae extra nuptias, qui naturales dicebantur, non redigi in patris potestatem vel in patris agnationem, nisi per arrogationem. Ast Marcianus refert, Marcum et Lucium Imperatores filiationis jura confirmasse quorumdam filiorum, qui ex matrimonio non satis justo ortum duxerant. Verumtamen primum Constantinus in concubinatu suo aevo degentibus indulsit legitimos facere natos, si nuptias inirent, quod Zeno quibuscumque indulsit in posterum nuptias cum concubina ineuntibus; L. 4. Cod. de natur. liberis. *Ex rescripto insuper Principis legitimum statum spuriis impartiri coepit. Sed Theodosius legitimari concessit vel filium, si pater ei suaserit decurionatus oneri sese offerre, vel filiam, si eam nuptias cum Decurione inire induxisset. Justinianus postremo quartum modum legitimationis addidit, scilicet ex testamento.* Nov. 74. et 89. *Sed Justinus sustulit legitimationem per arrogationem, quam Justinianus perperam probaverat. Adoptio enim imitatur naturam, et nemo potest bis eumdem generare. Sed hos modos quibus nati ad legitimum statum pervenire poterant, praeter adrogationem, Gajus nos docere nequivit, et adoptiones sequenti titulo aggreditur.*

Digitized by Google

che questa cittadinanza avea minore estensione dicendola *meno allargata*. Aggiungo che dal recare l'addotto esempio non mi distolse il sospetto che Soemo fosse fatto pria cittadino che Senatore e Consolo, attesi i prenomi Romani a lui attribuiti dal Reinesio, poichè questi furono desunti da una sola lapide, già chiarita spuria dal Maffei (A. C. L. pag. 100), e per soprappiù invenzione del Ligorio screditato antiquario, come si scorge dai suoi manoscritti in Torino, Vol. 11.

Sarebbe però mal fatto trapassare ad altro argomento senza ricordare che i figli delle concubine, nati cioè dal convitto di uomo, e donna senza matrimonio, e che dicevansi naturali, non potevano venire sotto la podestà del padre, o essere agnati, fuorchè per arrogazione. Marciano per altro ricorda che gl' Imperatori Marco, e Lucio Vero diedero perfetto stato a' figliuoli nati di matrimoni non abbastanza regolari. Ma fu veramente Costantino che per la prima volta consentì a' concubinari del suo tempo facoltà di legittimare i loro figli se celebrassero giuste nozze; poi Zenone perpetuò la grazia a quanti concubinari volessero far nozze colle rispettive amasie; *L. 4. Cod. de Nat. lib.* Si cominciò anche a dare stato a' spuri per rescritto Sovrano. Quindi Teodosio impartì la legittimità al figlio che per volontà del padre assumesse il gravoso carico di Decurione, o alla figlia che consentisse di maritarsi a un Decurione. Giustiniano finalmente trovò modo di dare stato a' figli anche per testamento. (Nov. 74. e 89). Ma Giustino tolse giù la legittimazione per via di arrogazione, malamente approvata da Giustiniano. L' adozione in fatti imita la natura, e niuno può esser padre due volte dello stesso figliuolo. Ma di queste maniere di pervenire alla patria podestà nulla potè dir Gajo, il quale nel titolo seguente prese a parlare delle adozioni.

Digitized by Google

TITULUS XVIII.

De Adoptionibus.

§. 97. « *Non solum autem naturales liberi secundum ea quae* diximus in potestate nostra sunt, verum etiam hi, quos adoptamus (1). »

---

(1) *Conf.* Instit. I. 11. Ulp. VIII. 1. *Immo hic integratus fuit textus ex* pr. Inst. h. t. *sumpto ex hoc Gaii loco.*

---

§. 98. « Adoptio autem duobus modis fit, aut populi auctoritate (1), aut imperio magistratus, velut (2) Praetoris. »

---

(1) *Aeque* Ulp. VIII. 3. *ait per populum; scilicet apud Pontifices, et adhibitis curiatis comitiis, quibus tamen soli aderant Lictores, curiarum insignia ferentes. Tribonianus igitur interpolavit verba quae Gajo retulit in* L. 2. ff. h. t. *cum pro* populi auctoritate *posuit* Principis auctoritatem. *Curiata tomen comitia in dissuetudinem post Gajum et Ulpianum abierunt.*

(2) *Scil. actionem legis habentis, seu a populo potestatem juris dicundi.*

TITOLO XVIII.

Delle Adozioni.

§. 97. « *Per quanto abbiam detto non i soli nostri figli naturali, ma anco gli adottivi soggiacciono alla podestà paterna* (1). »

---

(1) Vedere le *Istit. I.* 11. *in pr.* e *Ulp. VIII.* 1. Anzi fu completato questo §. coll' esordio di questo titolo delle Istituzioni, che Triboniano trasse da questo luogo di Gajo.

---

§. 98. « *L' adozione si fa in due maniere: o per autorità del popolo Romano* (1), *o per balìa di magistrato, quale sarebbe il Pretore* (2). »

---

(1) *Ulpiano VIII.* 3. dice esso pure farsi l' adozione a popolo, cioè per comizi curiati, convocati presso i Pontefici, a' quali però andavano in vece delle curie i soli Littori, che ne portavano i Gonfaloni. Triboniano per tanto nella L. 2. di questo titolo delle PP. barattò le parole di Gajo, mettendo *autorità del Principe*, laddove Gajo avea detto *autorità del Popolo* e dalle testimonianze suaccennate di Gajo, e di Ulpiano chiaro risulta, che sol dopo di essi i comizi curiati andarono assolutamente in disuso.

(2) Insomma azione di legge, od autorità di pronunziare in diritto.

---

§. 99. « Populi auctoritate adoptamus eos, qui sui juris sunt: quae species adoptionis dicitur adrogatio (1), quia et is qui adoptat rogatur, id est interrogatur, an velit eum, quem adoptaturus sit, justum sibi filium esse: et is qui adoptatur rogatur, an id fieri patiatur; et populus rogatur, an id fieri jubeat (2). Imperio magistratus adoptamus eos, qui in potestate parentium sunt, sive primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, et filia, sive inferiorem, qualis est nepos, neptis, prouepos, proneptis (3). »

---

(1) *Concord.* Ulp. d. VIII. 2. *Adoptio igitur est nomen generis, et est nomen speciei. Genus est actus quo filii loco accipitur quicumque natura talis non est. Species autem duae sunt. Nam si loco filii accepi quem mihi cessit ejus naturalis pater, facta dicitur adoptio: si eum, qui sui juris erat, facta dicitur adrogatio.*

(2) *Formulam, qua populus rogabatur, hanc tradidit A. Gell.* V. 19. *VELITIS · JUBEATIS · QUIRITES · UT · LUCIUS · VALERIUS · LUCIO · TITIO · TAM · JURE · LEGE · Q. · FILIUS · SIBI · SIET · QUAM · SI · EX · EO · PATRE · MATRE · Q. · FAMILIAS · EJUS · NATUS · ESSET · UTI · Q. · EI · VITAE · NECIS · Q. · IN · EUM · POTESTAS · SIET · UTI · PÀRI · ENDO · FILIO · EST · HOC · ITA · UTI · DIXI · ITA · VOS · QUIRITES · ROGO. De stipulatione autem inter patrem et filium indicem dedit* Cic. pro domo 29. *dicens* « te esse interrogatum, auctorne esses, ut in te P. Fontejus vitae necisve potestatem haberet, uti in filio. » *Comitiis igitur opus non erat ut fraudes averterentur, prout suspicatus fuit Gravina, neve quia adoptivus fieret heres, quod extra comitia fieri non posse ipse ait, sed quia adrogatione caput, idest status patris familias minuebatur, cum adrogatus in potestatem alterius redigebatur, et insuper quia Pontifices auctores esse oportebat, ut ex adrogatione sacra familiaria adoptivi mutarentur.*

(3) *E contra cum filiusfamilias caput proprium non habuisset, eumque venumdari patri liceret, satis erat ut pater eum adoptioni traderet, et magistratus, legis actionem habens, veluti Praetor Romae, et*

§. 99. « *A popolo adottiamo quei che sono affatto liberi: e questa maniera dicesi arrogazione* (1), *poichè vengono interrogati l' adottante, se voglia avere per giusto figliuolo quello cui adotterà: l' adottato, se ciò gli torni a grado: il popolo se voglia che ciò si faccia* (2). *Per balìa di magistrato adottiamo quelli che sono nella podestà dei loro parenti, o in primo grado, figliuolo, o figliuola, o in grado susseguente, nipote, o pronipote, maschio, o femmina* (3). »

---

(1) Concord. *Ulp. d. VIII.* 2. Adozione dunque è parola confacente a genere, ed a specie. In genere l'adozione è un atto, per cui prendesi a figlio quel che per natura non è tale. Le specie dell' adozione son due; se tolgo a figliuolo quel che mi venga ceduto dal naturale suo padre, dicesi fatta adozione; se quello che era di pieno suo diritto, dicesi arrogazione.

(2) *A. Gell. V.* 19. ci lasciò questa formola dell'interpellazione che si faceva al Popolo: *Vogliate, e comandate,* o *Quiriti, che Lucio Valerio sia figlio a Lucio Tizio, come fosse nato di lui quale suo padre, e della donna di lui qual madre di famiglia, in guisa che abbiavi sopra diritto di vita, e di morte, come lo ha il padre sul proprio figlio; io di ciò,* o *Quiriti, vi prego.* Della stipulazione, poi che facevasi fra padre, e figlio, diè traccia *Cic. pro domo* 29. dicendo che era interrogato il secondo *se fosse contento che P. Fonteio avesse su di lui facoltà di vita, e morte come su un figlio.* Non andavasi però innanzi al comizio, come sospettò il Gravina, o per forviare le frodi, o per farsi un erede nella persona dell' adottivo, locchè secondo lui non poteva farsi senza comizio, ma bensì perchè l' arrogazione toglieva il capo, o stato di padre di famiglia, e l' arrogato sottoponevasi alla podestà dell' adottante, e in oltre era d' uopo venire avanti a'Pontefici, posto che l' agnazione dell' adottato, e le divinità del casato si mutavano.

(3) Per contro però siccome il figlio di famiglia non aveva capo suo proprio, potendo essere venduto dal padre, basteva che suo padre lo trasferisse altrui in adozione per via del mancipio, e il magistrato che

Praeses in Provinciis, eum adoptanti addiceret, mancipii ritu. Nepotis, vel pronepotis autem fieri poterat adoptio, eum avus, patria potestate mancipatione exutus, nepotem, vel pronepotem in suam potestatem redigebat vel adoptione, vel arrogatione.

---

§. 100. « Et quidem illa adoptio quae per populum fit, nusquam nisi Romae fit: et haec etiam in provinciis aput Praesides earum fieri solet (1). »

---

(1) *Concord.* Ulp. VIII. 3. et 4. *Caussa qua arrogatio proprie dicta extra Romam fieri non poterat in propatulo est, eum extra urbem nec Pontifices, nec comitia haberentur; sed adoptio fieri licebat ubicumque magistratus legis habens actionem deprehendi potuisset.*

---

§. 101. « Item per populum feminae non adoptantur. Nam id magis placuit (1). Aput Praetorem vero, vel in provinciis aput Proconsulem, Legatumve, etiam feminae solent adoptari (2). »

---

(1) *Concord.* Ulp. cit. tit. §. 5. *Ratio videtur quia ab comitiis feminae arcebantur.*

(2) *Immo et arrogabantur feminae ex rescripto.* L. 21. ff. de adopt.

---

§. 102. « Item impuberem aput populum adoptari (1) aliquando prohibitum est, aliquando permissum est. Nunc

avesse azione di legge, come in Roma il Pretore, e il Preside nelle province, lo aggiudicasse all' adottante. Adottava poi l' avolo ogni qualvolta non avendo per emancipazione del figlio la patria podestà sul nipote, o pronipote, l' acquistava per via di adozione, o di arrogazione.

---

§. 100. « *Quell' adozione però che si fa a popolo, non si fa mai fuori di Roma; ma ben suol praticarsi nelle province avanti a' Presidi delle medesime* (1). »

---

(1) Concord. Ulpiano nel luogo suddetto ai §§. 3. e 4. È manifesto che non facevasi arrogazione fuorchè in Roma, poichè ivi soltanto si tenevano comizi, e stanziavano i Pontefici: ma potevasi ben adottare ovunque potesse aversi un magistrato, cui competesse azione di legge.

---

§. 101. « *Del pari a popolo non adottansi donne, essendosi ciò trovato più confacente* (1). *Però col Pretore, ovvero col Preside, o col Legato nelle province, anche le femmine sogliono essere adottate* (2). »

---

(1) Concord. Ulpiano nel §. 5. del titolo succitato. La ragione era che le femmine non intervenivano a' comizi.

(2) Ma anche le femmine si arrogavano per rescritto. *L.* 21. *ff. de adopt.*

---

§. 102. « *Adottare impuberi* (1) *talvolta fu vietato, talvolta fu permesso. Oggidì per una lettera, che l' ottimo Imperatore*

ex epistola optimi Imperatoris Antonini, quam scripsit Pontificibus, si justa caussa adoptionis esse videbitur, cum quibusdam condicionibus permissum est (2). Aput Praetorem vero, et in provinciis aput Proconsulem, Legatumve, cujuscumque aetatis adoptare possumus (3). »

---

(1) *Conf. Instit. de adopt. §. 3. et hic pro adoptari intellige adrogari puerum sui juris. Ultimis autem hujus §. verbis intellige adoptare stricto sensu, nempe filiumfamilias, non autem adrogare.*

(2) *Ex* Ulpiano VIII. 2. *omnimode prohibita videretur ante Antoninum Pium pupilli adrogatio, quia pupillus, usum togae non habens, comitiis accedere nequisset, vel quia tutor frustra auctor fieret, ut pupillus jura sanguinis, sacrorum, et libertatis distraheret, vel aliis ex caussis recensitis in* L. 17. §. 1. ff. de adopt. *Neque profecto patet, an Ulpianus fragmento d. L. relato moderasset quae dixerat in libro regularum, cum non pateat an hic loquutus sit de tempore antiquiori, vel Antonino Pio posteriori. Sed ego dicerem optimam Ulpiani regulam generice sumtam, salvis scilicet casibus, quibus Senatus, ex caussis extra ordinem cognoscendis, hujusmodi adrogationibus auctoritatem faceret, veluti si Princeps adrogasset pupillum sui successionis caussa, quod quandoquidem accidisse videtur, vel si avus filium amissum lugens, nepotem sui juris, et pupillari aetate constitutum, filii loco habere desiderasset, et ita conciliarentur Gajus et Ulpianus. Nec pro meo judicio aestimandum Antoninum ultro scripsisse Pontificibus, et potius credendum arbitror eumdem id fecisse, ut absque Senatus jussu hujusmodi adrogationes fierent in posterum.*

(3) *Certum est post Antonini constitutionem supervacuum fuisse comitiis referre adrogationes, et sufficere Romae Praetoris, in provinciis vero Praesidis auctoritatem;* L. 2. Cod. de adopt. *Quaenam vero pro adrogandis impuberibus essent conditiones, infra videbimus.*

Antonino scrisse a' Pontefici, se vi sia giusto motivo per adottare, ciò si permette sotto certe condizioni (2). *Ma avanti il Pretore, e nelle province avanti a' Presidi, o Legati, possiamo adottare persona di qualsiasi età* (3). »

---

(1) Vedere le *Instit. de adopt.* §. 3. e qui per adottare bisogna intendere arrogare un fanciullo di sua ragione, laddove nelle ultime parole di questo §. adottare è preso nel senso stretto di un figlio di famiglia.

(2) Secondo *Ulpiano VIII.* 2. sembrerebbe onninamente vietata prima di Antonino l' arrogazione di un impubere, o perchè il pupillo non potendo usar toga non aveva accesso al comizio, o perchè al tutore non fosse lecito fare autorità al suo pupillo di alienare i diritti del sangue, le divinità domestiche, e la sua libertà, o per le altre cagioni annoverate nella *L.* 17. §. 1. *ff. de adopt.* Nè pare che Ulpiano nel frammento della detta legge volesse fare eccezione a quanto aveva detto nelle sue regole, non essendo in aperto se nella detta legge parlasse del tempo anteriore, o del posteriore ad Antonino. Ma io direi ottima la regola di Ulpiano in senso generico, salvi cioè i casi nei quali il Senato per cagioni straordinarie autorizzasse simili arrogazioni, per es. se il Principe arrogasse un pupillo per assicurarsi un successore, lo che pare siasi fatto talvolta, ovvero se l' avo addolorato per la perdita del figliuolo, desiderasse surrogargli un suo nipote pupillo, e sciolto dalla patria podestà, e così potrebbero conciliarsi Gajo ed Ulpiano. Io tengo, che Antonino non a capriccio scrivesse questo ai Pontefici, ma più presto, perchè siffatte arrogazioni avessero luogo in avvenire senza il permesso del Senato.

(3) Certo è che, dopo la costituzione di Antonino non fu più necessario andare al comizio per arrogare, e bastò in Roma l' autorità del Pretore, e nelle provincie quella del Preside: *L.* 2. *Cod. de adopt.* Quali poi fossero i requisiti necessari per arrogare un pupillo, lo vedremo inferiormente.

---

§. 103. « Illud vero utriusque adoptionis commune est, quia et hi qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt (1). »

---

(1) *Conf.* Ulp. VIII. 6. Instit. de adopt. §. 9. *et* L. 2. §. 1. ff. eod. *An et castrati? Spadonis appellatio generica est:* L. 128. ff. de verb. sign. *et castrati spadonum sunt species, sed deterioris condicionis, quam thilibiae, et thalasias. Justinianus adoptionem castratos inire vetuit*, Inst. §. 9. h. t. *quod sustulit* Leo Nov. 26. *Thilibiae vero, Thalasiae, et alii infirmi ab adoptione non prohibebantur.*

---

§. 104. « Feminae vero nullo modo adoptare possunt, quia ne quidem naturales liberos in potestate habent (1). »

---

(1) *Concord.* Ulp. loc. cit. §. 9. *Sed tandem in solatium filiorum amissorum eis concessum ex indulgentia Principis.* Inst. h. t. §. 10. *Vide* Nov. 27. Leonis.

---

§. 105. « Item si quis per populum, sive aput Praetorem, vel aput Praesidem provinciae adoptaverit, potest eumdem alii in adoptionem dare (1). »

---

(1) *Nactus est enim adoptione patriam potestatem, proindeque jus necandi, vel venum dandi.* Inst. h. t. §. 8.

---

§. 103. « *Non è però vietato lo adottare in amendue le maniere a quelli che non possono generare, come gli spadoni* (1). »

---

(1) Vedere *Ulp. VIII.* 6. le *Inst. de adopt.* §. 9. e più la *L.* 2. §. 1. *ff. eod.* Che sarà dei castrati? Generico è l' appellativo spadoni: *L.* 128. *ff. de V. S.* e i castrati ne sono una specie, e di condizione anco peggiore agl' impotenti per infermità. Ma Giustiniano vietò l' adozione ai castrati, *Instit.* §. 9. *h. t.*, la permise *Leone Nov.* 26, e non fu tolto lo adottare agl' infermi.

---

§. 104. « *Le femmine non possono adottare di alcuna maniera, poichè non hanno patria podestà sui figli naturali* (1). »

---

(1) Concorda *Ulp. loc. cit.* §. 9. Ma fu posteriormente consentita anche alle femmine l' adozione a conforto dei figli perduti, e per indulgenza del Principe; *Instit. h. t.* §. 10. Vedere la *Nov.* 27. *di Leone.*

---

§. 105. « *Inoltre se taluno o a popolo, o ad autorità del Pretore, o del Preside adottò un figlio, potrà darlo ad altri in adozione* (1). »

---

(1) Imperocchè acquistò coll' adozione la patria podestà, e quindi il diritto di vendere, e toglier di vita il figliuolo. Vedere le *Instit. h. t.* §. 8.

---

§. 106. « Sed illa quaestio, an minor natu majorem natu adoptare possit (1), utriusque adoptionis communis est. »

---

(1) *Verba quae Goesck. hic addidit, elegantiae caussa, ego ex eorum inutilitate expuli. Ex Modestini sententia in* L. 10. §. 1. ff. de adopt. *adoptans annis XVIII. antecedere debebat adoptivum. Sed Modestinus longe posterior est Gajo, cujus aevo teste Herodiano* Hist. V. 7. *irridebatur Heliogabalus, Alexandrum Severum amitinum suum adoptans, et eo natu parum major.*

---

§. 107. « Illut proprium est ejus adoptionis, quae per populum fit, quod is, qui liberos in potestate habet, si se adrogandum dederit, non solum ipse potestati adrogatoris subicitur, set etiam liberi ejus in ejusdem fiunt potestate, tamquam nepotes (1). »

---

(1) *Nam adrogatus omnia jura in adrogatorem transtulit. E contra parens qui dedit filium retinuit nepotes sua potestate, prout qui vaccam vendidit retinuit vitulum.*

Superest dicendum de conditionibus quibus impubes adrogari possit vel ex epistolae Antonini Pii tenore, vel ex ejusdem interpretatione. Requirebatur igitur consensus propinquorum; auctoritas tutorum; honestas caussae; pupilli utilitas; satisdatio qua adrogator caveret non emancipaturum adrogatum, et si emancipasset ex justa caussa, perderet quartam suorum bonorum; sua autem morte, non solum ea quae adrogatione quaesiverat restituturum, sed et quartam bonorum suorum adrogato obventuram; neve in fraudem quidquid alienaturum; Inst. §. 3. h. t. L. 15. et L. 17. §. 1. cum seq. et L. 18. et L. 22. tit. eod. et L. 15. ff. nec non L. 2. Cod. de inof. test. et L. 13. ff. si quid in fraud. *Placuit insuper*

§. 106. « *E la questione, se il più giovane possa adottare il più vecchio è comune ad amendue le adozioni* (1). »

---

(1) Le parole dal Goesck. aggiunte per eleganza furono da me ommesse, parendomi inutili. Secondo Modestino nella *L.* 10. §. 1. *ff. de adopt.*, l'adottante dovrebbe avere almeno 18 anni più dell'adottivo. Ma Modestino è molto posteriore a Gajo, a tempo del quale, come attesta Erodiano nelle *Istorie V.* 7, ridevasi dell' adozione che Eliogabalo fece di Alessandro Severo suo cugino, e poco men giovane di lui.

---

§. 107. « *Questo è proprio dell' adozione fatta a popolo, che quegli il quale si faccia arrogare, se abbia figliuoli in sua podestà li pone in podestà dell' arrogatore come nipoti* (1). »

---

(1) Imperocchè trasfuse nell' arrogatore ogni suo diritto. Per contro chi diede in adozione il figlio ritenne il nipote, come chi vendette la vacca ritenne il vitello.

Rimane a dire alcun che delle condizioni imposte da Antonino per l' arrogazione dell' impubere; e queste sono il consenso de' più stretti congiunti, l' autorità dei tutori, l' onestà della causa, l' utilità del pupillo, e la promessa dell' adottante di non emancipare, o facendolo per giusta cagione, di dare il quarto del suo patrimonio all' adottivo, come pure di lasciargli prendere alla sua morte quel quarto, oltre a restituirgli quanto avea al tempo dell' adozione, e in fine di nulla fare in frode; *Instit.* §. 3. *h. t L.* 15. *et* 17. §. 1. *cum seq. et L.* 18. *et L.* 22. *tit. eod. et L.* 15. *ff. nec non L.* 2. *Cod. de inof. test. et L.* 13. *ff. si quid in fraud.* Volle finalmente Antonino, che il dato o ricevuto nell' altrui

Antonino ut in adoptiva familia susceptus vel datus, municipalia expleret munera apud originem avi naturalis; L. 17. §. 9. ff. ad municip. *Pergit nunc Gajus ad manum maritalem.*

TITULUS XIX.

De manu in uxores (1).

§. 108. « *Nunc de his personis videamus quae in manu* (2) *nostra sunt; quod* et ipsum jus proprium civium Romanorum est (3). »

---

(1) *Addidi rubricam.*

(2) *Manus saepe potestatem significat, sed proprie potestatem in uxorem, quam vir adquirebat ex nuptiis. Nuptiis vero plerumque anteibant sponsalia, quae* A. Gel. IV. 4. *ex Servi Sulpicii libro de dote ita refert.* « Qui uxorem ducturus erat, ab eo, unde ducenda erat, stipulabatur eam in matrimonium ductum iri; qui daturus erat itidem spondebat daturum. Sed si post eas stipulationes uxor non dabatur, aut non ducebatur, qui stipulabatur ex sponsu agebat, Judices cognoscebant.... si nihil justae caussae videbatur, litem pecunia aestimabat etc. » *Nuptiae vero violentiae symbulo perficiebantur. Iniiciebat enim vir manum in sponsam, et hasta connubiali mulctis ejus comis, in domum suam eam adducebat.* Fest. in celib. Arnob. 2. p. 91. Ovid. Fast. II. 559. *Posterioribus vero temporibus traditione, et adductione femina, uxor fiebat, quod Quintilianus significasse videtur* Decl. III. *his verbis:* « Vis scire quid sint nuptiae? Aspice illam virginem, quam pater tradidit, euntem die celebri comitante populo. » *Olim vero nuptiae perficiebantur vel farro, vel coemptione, adhibitis certis verbis* (*Boet. in Top.*) *et mancipio expleta, vel postremo ex usu, de quibus infra, alias aliter, scilicet his omnibus deficientibus, nuptiae non erant, et. mulier erat uti-*

famiglia adempisse gli obblighi civili verso l' avita patria; *L.* 17. §. 9. *ff. ad municip.* Gajo or si volge a parlare della mano maritale.

TITOLO XIX.

Della mano sulle mogli (1).

§. 108. « *Or vediamo quali persone sieno in nostra mano* (2), *che è pure un altro diritto esclusivamente proprio dei cittadini Romani* (3). »

---

(1) Aggiunsi la rubrica.

(2) Mano sovente significa potere, ma propriamente quella podestà, che il marito colle nozze acquistava sulla moglie. Le nozze per lo più erano precedute dagli sponsali, i quali furono così descritti da *A. Gel. IV.* 4. sulla testimonianza di Servio Sulpicio nel suo libro della dote. « *Chi voleva prendere una donna in moglie rispondeva a quello che doveva dargliela che avrebbe fatto con essa matrimonio; e quello che gliela prometteva obbligavasi a dargliela. Se l' uno, o l' altro non avesse mantenuto la sua promessa, i Giudici ne conoscevano; e se non trovassero giusta cagione, condannavano in danaro all' emenda.* » Nelle nozze per altro simboleggiavasi una violenza, perocchè l' uomo metteva le mani addosso alla sposa, ed acconciatane la chioma coll' asta connubiale, seco la conduceva a casa sua. *Fest. in celib. Arnob.* 2. *p.* 91. *Ovid. Fast. II.* 559. Ma in progresso la donna consegnata, e condotta dal marito a casa sua diveniva moglie, e sembra averlo detto Quintiliano *Decl. III.* in queste parole. « *Vuoi dunque sapere cosa sieno le nozze? Guarda quella fanciulla, che fu consegnata da suo padre, e che se ne va in questo giorno solenne, con un codazzo di popolo alla casa di suo marito.* » In antico

que uxor ex gentium jure, sed non mater familias, cum in manum viri conventa non esset. Conventa autem per nuptias in manum viri huic, erat loco filiae; Gel. lib. 18. cap. 6. *et proinde quidquid ante nuptias habuisset, vel quidquid in posterum adquisivisset, viro cedebat,* Cic. Top. 3. Ulp. VII. 18. *Peculium tamen uxores quandoquidem habebant;* Plaut. Cas. act. 2. sc. 2. v. 26. *ad instar profectitii, indulti filiisfomil. Ex nuptiis ideo mulier afficiebatur capitis minima deminutione, quia sacra patris amittebat, qua de caussa a patria potestate, vel ab adgnatorum tutela solvebatur, cadens in manum viri, cui tamquam filia heres erat, remotis patronis* (Ulp. XXIX. 1.) *instituenda, vel exheredanda,* (Ulp. XXII. 14.). *Non tamen mater olim erat heres filii, sicuti nec filius heres erat matris, ex LL. XII tab. cum neque ex lege Voconia, feminae, nisi ex suitate, heredes esse potuissent. Sed Praetor bonorum possessionem jam indulserat matri, si defuncti adgnati non exstassent, et SC. Tertyllianum statuit ut ingenua, quae ter enituisset filios vivos, aut libertina quae quattuor, vel quae ex beneficio Principis privilegium maternitatis assequuta esset, heres foret filii ab intestato defuncti, si tamen nec filius, nec pater, nec frater consanguineus ei supervixisset;* Paul. Sent. IV. 9. per tot. *Ex converso filius, jam admissus successioni matris, quae vulgo cum concepisset, ex SC. Orphitiano etiam heres legitimae matris esse potuit, si esset civis, non autem latinus, et etiamsi mater in manu viri non convenisset;* Ulp. XXVI. 7. *Ejus vero quae propter servilem libidinem ex SC. Claudiano in servitutem incidisset, nulla erat hereditas, cum neque servi, neque liberti matrem habere intelligerentur;* Paul. Sent. IV. 10. *De aetate SC. Tertul. contentio est. Nam illud nonnulli Claudio, Zonaras vero, Cujaceius, et alii Antonino Pio: sed Tribonianus Hadriano retulit, quod probant prudentiores. Referendum tamen est posterius SC. Orphitianum Marco Aurelio, et Commodo, a. U. C.* 931. *et Chr.* 138. *scil. trigesimo primo Patris Tribunatui, tertiove filii.*

(3) *Hisce praemissis, Gaii commentarium prosequimur.*

Digitized by Google

per altro si facevano le nozze o col farro, o per compera accordata, usando con certe parole il mancipio, o coll' uso, e senza una di queste maniere non erano nozze, bensì semplice matrimonio secondo la ragione delle genti, e la donna, comunque fosse moglie, non era madre di famiglia, da che non era caduta in mano di suo marito. Se però vi cadeva addivenivagli come figliuola; *Gel. lib.* 18. *cap.* 6; e ciò che essa avea del suo, o quello che acquistasse, apparteneva al marito; *Cic. Top.* 3. *Ulp. XIX.* 18. Talvolta però le mogli aveano un peculio; *Plaut. Cas. act.* 2. *sc.* 2. *v.* 26. ma a foggia del profettizio, che avea il figlio di famiglia. La donna colle nozze soffriva però quella menomazione del suo stato, che dicevasi minima deminuzione del capo, poichè usciva dalla comunione delle cose sacre del padre, scioglievasi o dalla podestà di lui, o dalla tutela dei suoi Agnati, e cadendo sotto la podestà del marito come figlia, erane sua, od immediata erede; *Ulp. XXIX.* 1; e doveva essere da lui istituita, o diredata; *Ulp. XXII.* 14. E però secondo l' antichissimo diritto nè la madre era erede del figlio, nè questi lo era di sua madre, poichè per le XII tavole, e anco per la legge Voconia, le donne non ereditavano, fuorchè pel diritto della suità. Ma il Pretore avea già impartito alla madre naturale la successione a suo figlio in difetto di agnati, e il Senatoconsulto Tertilliano dispose, che la femmina ingenua, la quale avesse partorito tre figliuoli vivi, la libertina che avesse partorito il quarto, e quella che per favore del Principe avesse conseguito il privilegio della maternità, fossero credi del figliuolo morto intestato, ed improle, senza padre o fratelli; *Paolo Sent. IV.* 9. *e in tutto il titolo.* Dall' altra banda erasi già ammesso il figlio spurio alla successione materna, e il SC. Orfiziano estese il diritto di succedere alla madre anche al figlio legittimo, se fosse cittadino, non però latino, e quand'anche la madre non fosse venuta nella mano maritale; *Ulp. XXVI.* 7. La donna per altro fatta schiava per via del SC. Claudiano, non avea nè credità, nè eredi, nè i liberti avean madre; *Paolo nelle sent. IV.* 10. L' età del SC. Tertulliano è in quistione: da taluno fu riferita a Claudio, dallo Zonaras, e dal Cujaccio al Pio Antonino, e da Triboniano ad Adriano, lo che tengono i più prudenti. Ma è da riferirsi a Marco Aurelio, ed a Commodo l'Orfiziano, e precisamente all' anno di Roma 931. e 138. di G. C. nel tribunato trentunesimo del padre, e terzo del figlio.

(3) Ciò premesso, volgiamoci al commentario di Gajo.

§. 109. « Sed in potestate quidem et masculi, et feminae esse solent: in manum autem feminae tantum conveniunt. »

---

§. 110. « Olim itaque tribus modis in manum conveniebant: usu, farreo, coemptione (1). »

---

(1) *Conf. Floriani Malvetii aptimum Comment.* Dei riti nuziali degli antichi Romani, *Bononiae editum typis Laelii a Vulpe.*

---

§. 111. « Usu in manum conveniebat quae anno continuo nupta perseverebat: nam velut annua possessione usucapiebatur, in familiam viri transibat, filiaeque locum optinebat (1). Itaque lege duodecim tabularum cautum *erat* si qua nollet eo modo in manum mariti convenire, *ut quotannis* trinoctio abesset, atque *ita usum* cujusque anni interrumperet. Sed hoc totum jus partim legibus sublatum est, et partim ipsa desuetudine oblitteratum est (2). »

---

(1) *Ex traditione et usu per annum continuum adimebatur tradenti jus quiritium in re mobili, et dominium in alterum transferebatur, tamquam usucaptum. Femina igitur veluti usucapta adquirebatur a viro.*

(2) *Partim ex legum interpretatione, scilicet vel legis Scriboniae, quae servitutum usucapionem sustulit*, L. 4. §. fin. ff. de usurp. et usucap.

§. 109. « *Sogliono trovarsi nella podestà paterna maschi, e femmine, ma le sole femmine cadono in mano altrui.* »

---

§. 110. « *Anticamente le mogli in tre maniere cadevano in mano del marito; per uso, per farro, o per compera* (1). »

---

(1) Vedere l'ottimo commentario di Floriano Malvezzi dei Riti Nuziali degli antichi Romani, pubblicato a Bologna coi tipi di Lelio Dalla Volpe.

---

§. 111. « *Veniva in mano del marito per uso colei, che perseverava senza interruzione per un anno intero a stare col marito, e avendola il marito così posseduta, e per via di usucapione acquistata, essa passava nella famiglia di lui, e vi otteneva il luogo di figlia* (1). *Il perchè le XII tav. disposero che, se la donna voleva forviare la mano del marito, stasse fuori di casa tre notti ogni anno, e così interrompesse l'usucapione. Ma questo fu tolto in parte per leggi, e in parte per disusanza* (2). »

---

(1) Bastava la tradizione affinchè coll' uso di un anno intero il consegnante perdesse, e il consegnatario acquistasse il dominio quiritario. Quindi la femmina veniva come per usucapione in mano del marito.

(2) Parte per interpretazione delle leggi, cioè della Scribonia, che tolse giù l' usucapione delle servitù: *L. 4. §. fin. ff. de usurp. et usu-*

vel legis Juliae connubium elargientis Latinis, quibus usucapio rerum mancipi impropria. Populus vero interpretationes hujusmodi libenter accepit, vel ut horridus intermitteretur ritus, vel quia ultroneis et frequentioribus divortiis usucapio minime obstabat.

---

§. 112. « Farreo in manum conveniunt *per* quoddam genus sacrificii quod TUTELARIBUS DIIS (1), farreo fit: in quo farreus panis adhibetur: unde etiam confarreatio dicitur. *Sed com*plura praetera hujus juris ordinandi gratia cum certis et sollemnibus verbis, praesentibus decem testibus aguntur et fiunt (2). Quo*d* jus etiam nostris temporibus in usu est (3): nam Flamines majore*s*, id est Diales, Martiales, Quirinales, sic*ut reges* sacrorum, nisi *sint* confarreatis *nuptiis nati*, *inaugurari non* videm*us*, PERINDEQUE confarreatioNE ET IPSI NUPTIAS INIRE SOLENT (4). »

---

(1) *Hisce Diis nempe Penatibus, Laribusque in viri Larario nuptiarum caussa offerebatur sacrificium, farreo pane adhibito. Fixa enim erat cujusvis proceris domi horum deorum sedes. Cumque nemo per confarreationem uxorem ducere potuisset, nisi cui esset propria domus, ac in ea Lararium, sive domesticum sacrarium, tantum ditiores hoc utebantur ritu, quo nil religiosius aestimabatur. Privilegia ex eo recensuit* A. Gellius X. 15. *Plebs vero vel usu, vel coemptione nuptias inibat. Confarreatione vero adhibita, nuptiae nisi ex altero, et opposito sacro ritu, scilicet nisi ex diffarreatione, dissolvi poterant, teste eodem Gellio; tametsi ex auctoritate Arciflaminis divortium confici arguant ex* Fest. verb. diffarreatio, *nec non aliqua ex inscriptione. Sed cum novus ritus, et Pontificis auctoritas divortia interciperent, ritum hunc cives fastidio habuere.*

(2) *Immolabatur insuper porcus, vel agnus, quo insedebant sponsi. Conf.* Ulp. IX. Dion. Alic. antiq. rom. II. 25. *et vide Flor. Malvetii Campeggi supra memoratam eruditissimam dissertationem.*

cap. e della Giulia, che permise le nozze coi latini, i quali per usucapione non acquistavano cose mancipi. E il popolo tenne di buona voglia queste interpretazioni o per aborrire quel rito, o perchè la mera usucapione non frapponeva impaccio agli ultronei, e frequenti divorzi.

---

§. 112. « *Col farro viene la moglie in mano del marito, mediante uno speciale sacrifizio fatto di farro agli dei tutelari* (1): *e adoperandosi un pane di farro, dicesi confarreazione. Ma altre formalità, e verbali solenni formole si vogliono praticate* (2), *presenti dieci testimoni; e si fa anche a nostri giorni* (3), *poichè i Flamini maggiori, quali sono quei di Giove, di Marte, di Quirino, e i Re sacrificatori, senza simile rito non veggonsi prendere moglie, e se non sieno nati per simili nozze, non sogliono consacrarsi* (4). »

---

(1) A queste divinità, Penati, e Lari, nel Larario dello sposo offerivansi per le nozze sacrificio di Farro. I soli magnati aveano casa propria, con Larario sacro al culto di quelle divinità, o non potendosi fare cotesta maniera di nozze senza di esso, i soli ricchi usavano di questo rito, il più religioso di tutti. A. *Gellio* X. 15. ne annoverò i molti privilegi, che non potevano conseguirsi da plebei, i quali si ammogliavano o per usucapiono, o per compra. Le nozze confarreate non potevano sciogliersi fuorchè per altro contrario, o sacro rito, detto diffarreazione, come attestò A. Gellio, abbenchè si voglia argomentare da Festo alla voce *diffarreatio*, e da qualche iscrizione, che potesse bastare l' autorità del sommo Sacerdote. Ma per non praticare nuovo rito, e per non avere ad interporre autorità sacerdotale, ma rendere più spedito il divorziare, quel rito venne in uggia, e fu tralasciato.

(2) Imolavasi anche un porco, od un agnello, sul quale sedevano i coniugi. Vedere *Ulp. IX. Dionis. Alic. antiq. rom. II.* 25. o la citata eruditissima dissertazione di Floriano Malvozzi Campeggi.

(3) *Tiberii aevo jam omissa confarreandi consuetudo, aut inter paucos retenta, patet ex* Tacit. Ann. IV. 16.

(4) *Supremis Diis addicebantur majores Sacerdotes, nempe Jovi, Marti, et Quirino, et inter sacerdotes majores etiam censebatur Rex sacrificulus. Spero neminem improbaturum meas additiones hunc §. reconcinnantes.*

---

§. 113. « *Coemptione in manum* conveniunt (1) per mancipationem, *id est*, per quamdam imaginariam venditionem, *adhibitis* non minus quam V testibus, civibus Romanis puberibus (2), item libripende, PRAETER mulierem, EUMQUE cujus in manum convenit. »

---

(1) *Boetius in Topicis nos docet invicem fieri emptionem, et venditionem inter conjuges hisce verborum formulis: vir interrogabat mulierem, an sibi materfamilias esse vellet, et haec respondebat velle; item mulier interrogabat virum, an sibi paterfamilias esse vellet, et hic respondebat velle; et ita mulier convenibat in manum viri, et materfamilias facta, erat viro loco filiae, prout* Ulp. XXII. 14. *qui coemptorem fiduciarium parenti comparat* XI. 5, *ut ex emancipatione patronatus constituatur.*

(2) *Quinque testes, prout supra notavi, repraesentabant cives romanos a Servio in VI ordines distributos, omisso scilicet sexto, cui proletarii, et capite censiti erant adscripti, quoniam hujusce ordinis votum erat inane. Praeter personas vero a Gajo recensitas, plerumque intererat etiam antestatus, qui aures testium contingebat, dicens* « memento quod testis fuisti. » *Mancipium itaque et in nuptiis olim adhibebatur, ut vir* pro emptore *adquireret uxorem. Confer* Cic. pro Flacco 34. et de Orat. I. 56.

---

(3) Ai tempi di Tiberio riconoscevasi già disusato, o da pochi adoperato questo rito; *Tac. ann. IV.* 16.

(4) Alle supreme divinità, Giovo, Marte, e Quirino, erano addetti sacerdoti maggiori, frai quali noveravasi anche il Re dei sacrifici. Spero che niuno riproverà quello che aggiunsi per raccorciare questo §.

---

§. 113. « *Per compera acquistasi la mano sulla moglie* (1), *mediante cioè una vendita immaginaria, che si fa presenti almeno cinque testimoni puberi, e cittadini* (2), *più il Libripende, non che la donna, e quegli che debbe averla in sua mano.* »

---

(1) Boezio nel commentare i Topici c' insegna, che i coniugi vicendevolmente si comperavano con queste formole: il marito interrogava la donna, se volesse essergli madre di famiglia, e questa rispondeva volerlo: del pari la donna interrogava il marito, se volesse esserle padre di famiglia, e il marito rispondeva esso pure di volerlo, e per tal modo la donna veniva in mano del marito, e fatta madre di famiglia gli diventava come figlia, locchè dice anco *Ulp. XXII.* 14, il quale nel tit. XI. §. 5. uguaglia il compratore fiduciario al genitore, onde derivare il patronato dalla mancipazione.

(2) Come notai di sopra, i cinque testimoni rappresentavano il popolo Romano da Servio diviso in sei ordini, lasciando fuori cioè quello dei proletari, e dei censiti nel solo capo, il suffragio dei quali ora affatto inutile. Oltre però le persone annoverate da Gajo, talvolta interveniva anche l'*antestato*, che toccava ai testimoni l' orecchio, dicendo loro che non si scordassero di essere stati testimoni. Così dunque il mancipio usavasi anticamente anco nelle nozze, affinchè il marito, alla maniera di un compratore, acquistasse sua moglie. Si può vedere *Cic. pro Flacco* 34. *e de Orat. I.* 56.

---

§. 114. « Potest autem coemptionem facere mulier non solum cum marito suo, sed etiam cum extraneo: QUARE aut matrimonii caussa facta coemptio dicitur, aut fiduciae caussa. *Quae* enim cum marito suo facit coemptionem, *ut* aput eum filiae loco sit, dicitur matrimonii caussa fecisse coemptionem: quae vero alterius rei caussa facit coemptionem *cum* viro suo, *aut* cum extraneo, veluti tutelae evitandae caussa, dicitur fiduciae caussa fecisse coemptionem (1). »

---

(1) *Femina usquequo viveret, vel capite deminuta esset, suberat tutelae adgnatorum, ut absque horum auctoritate nec testamentum condere, nec rem mancipi ei distrahere liceret. Cum ideo capitis deminutione indigitasset femina, ut ab adgnatis foret soluta, et ab horum se eximeret tutela, hoc alterum coemptionis genus inventum est. Ex hujusmodi tamen coemptione utique mulier solvebatur ab adgnatorum tutela, sed tamen libera non erat ab omni tutela. Enimvero coemptor tenebatur ex fiducia feminam alteri remancipare, ita ut manumitteretur, proindeque hic manumissor fiebat feminae tutor ex patronatu: qua de re utique arcebantur adgnati, sed ab tutela minime solvebatur femina, quae vix benigniorem sibi comparabat tutorem, prout in prox. seq.* §.

---

§. 115. « Quod est tale: si qua velit quos habet tutores reponere, ut alium nanciscatur, iis SUFFECTUM (1), coemptionem facit; deinde a coemptionatore remancipata ei, cui ipsa velit, et ab eo vindicta manumissa incipit eum habere tutorem, *a* quo manumissa est: qui tutor fiduciarius dicitur, sicut inferius apparebit. »

---

(1) *Editionibus hucusque factis positum est ex sigl. obscuritate* « iis auctoribus » *nescio quo argumento sumto ex prox.* §. 195. *Ego contra*

§. 114. « *Ma la donna può farsi comperare a questa foggia non solo dal marito, ma anco da un estraneo, e quindi si dice coempzione o per causa di matrimonio, o per ragione di fiducia. Quella che faccia la moglie al marito per entrargli in luogo di figlia, dicesi fatta a cagione di matrimonio; quella poi che la donna fa o al marito, o ad un altro per sottrarsi alla tutela degli agnati, dicesi fiduciaria* (1). »

---

(1) La femmina finchè vivesse, o fino a che non fosse menomata nel capo, soggiaceva alla tutela degli agnati, senza l' autorità dei quali non poteva nè far testamento, nè alienare cosa mancipe. Avendo essa pertanto bisogno di cotesta deminuzione del capo, per sottrarsi agli agnati uscendo dalla famiglia, fu trovata questa ragione perchè essa si vendesse. Ma col vendersi, essa sciogliovasi bensì dalla tutela degli agnati, ma non diveniva donna di sè, poichè il compratore doveva remanciparla a un altro, che si obbligasse di liberarla, e questo liberatore diventava legittimo tutore per via di patronatico. Quindi la femmina col vendersi non si scioglieva dalla tutela, ma soltanto conseguiva un tutore più benigno, come vedremo nel prossimo §.

---

§. 115. « *E la fiducia è questa. Se una donna voglia disfarsi degli attuali suoi tutori, per surrogarne un altro* (1), *si vende. poi viene rivenduta a chi essa voglia, e da questo di poi manomessa col rito della vendetta, ha per tutore questo suo liberatore, il quale dicesi tutore fiduciario, come apparirà inferiormente.* »

---

(1) Nelle precedenti edizioni, attesa l' oscurità della sigla, fu posto *coll' autorità dei tutori medesimi*: ed a me pare abbiasi a leggere « *per*

legendum arbitror IIS SUFFECTUM. Si enim ab adgnatorum avaritia se eximere vult femina, ut testamentum pro lubito faciat, prout in seq. §., vel ut sua distrahat, quomodo non aliter poterit tutorem commutare, nisi iis auctoribus? Lex XII tab. prohibuit quin femina absque tutoris auctoritate distraheret res mancipi, non autem quominus mancipio, vel alia de caussa libertati mitteret nuncium: proindeque nullum impedimentum visum est, quominus femina facta sui venditione ab adgnatorum tutela se eximat. Nec me removet §. 195, *quum hoc loco agatur de libertina, cui tutor sit patronus, non autem adgnatus, quaeque coemptionem nonnisi eo auctore facere nequit, ne jus patronatus aperta fraude eludere liceat.*

---

§. 115 *bis.* « Olim etiam testamenti faciendi gratia *fiduciaria* fiebat coemptio. Tunc enim non aliter feminae testamenti faciendi jus habebant (1), exceptis qui*bus*dam personis (2), quam si coemptionem fecisse*nt*, remancipataeque, *et* manumissae fuissent. Sed hanc necessi*tatem* coemptionis fa*ciendae* ex auctoritate divi Hadriani senatus remisit. CENSUERUNT ENIM PATRES UT feminaE CIVI, JUSTAE AETATIS, ET SUI JURIS, INDULGENDUS ESSET TUTOR DATIVUS, COEMPTIONE OMISSA (3). »

---

(1) *Feminis non licere absque tutoris auctoritate testamentum condere, testatur etiam* Cic. pro Caecina 6; *perindeque* Ulp. XX. 15. *eis quae in tutela essent, testamenti factionem negavit absque tutoris auctoritate.*

(2) *Excipiebantur tamen ex privilegio Virgines Vestales, et ex L. Julia ter ingenuae, vel libertinae quartum enixae.*

(3) *Ita textum ausus sum replere his innixus. Claudius feminas liberavit ab perpetua agnatorum tutela. Sed cum tutoris necessitas oriretur quotiescumque femina res mancipi distrahere, vel testamentum condere voluisset,*

surrogarne un altro. » E di vero: se a forviare il giogo di avari agnati, la femmina voglia procacciarsi un altro tutore onde far testamento a suo modo, o distrarre la sua roba, come potrà esserle impedito di mutar tutore se non consentano in ciò i suoi avversari? La legge delle XII tav. vietò alle femmine di distrarre le cose mancipi senza autorità di tutori, ma non di rinunziare per via di mancipio, o per altra maniera alla propria libertà; quindi non si vedeva impedito alle donne il vendersi, onde togliersi dalla tutela dei loro agnati. Nè mi fa remora il seguente §. 195, poichè ivi parlasi di libertina, che ha per tutore non già l'agnato, ma il patrono, senza l'autorità del quale essa non può vendersi, poichè facendolo eluderebbe con aperta frode il patronatico.

---

§. 115 bis. « *Anticamente facevasi questa vendita per poter fare testamento, poichè allora le donne non potevano altrimente farlo* (1), *all' infuori di alcune* (2), *e perciò si vendevano per farsi remancipare. Ma tale necessità fu tolta dal Senato per autorità di Adriano, avendo i Padri voluto, che la femmina cittadina e di età giusta, avesse un tutore dativo, anzichè per aver tutore a suo grado avesse da vendersi* (3). »

---

(1) *Cic. pro Caecina* 6. attesta esso pure, che le donne senza autorità del tutore non potevano far testamento; ed anche *Ulp. XX.* 15. negò ad esse la testamentazione senza l' autorità del tutore.

(2) Potevano per privilegio testare liberamente le Vestali, e per la L. Giulia le ingenue, che avessero partorito tre volte, o le libertine dopo il quarto parto.

(3) Ho osato riempire così il testo, ed ecco il mio argomentare. Claudio liberò le donne dalla perpetua tutela degli agnati. Ma la necessità del tutore nasceva ogni volta che la femmina volesse testare, o ven-

ideo feminis opus pro opportunitate erat, vel adgnati tutelae se subjicere, vel coemptionem facere. Hadrianus vero utramque necessitatem sustulit. Illâ quae in manu esset viri testamentum condere nequibat, cum loco filiae ei esset, nisi ab eo remancipata fuisset, prout nequibat quae in patris esset potestate. Sed reliquae, tutore dativo accepto, sine coemptione, vel adgnatorum assensu, sua distrahebant, vel legabant. Porro aexistimo mulieribus numquam prohibitum, quin arcanum facerent testamentum, ita ut publicum tantummodo eis condere licuisset, cum aliud mihi suadeant Scaevola et Africanus, L. 37. §. 6. ff. de legat. 3. et L. 33. ff. de vulg. subst. *et minime obstare mihi videatur* L. 77. ff. de legat. 2.

---

§. 115 *ter*. « QUAMVIS MULIER fiduciae caussa cum viro suo fecerit coemptionem, nihilo minus filiae loco incipit esse; nam si omnino qualibet ex caussa uxor in manu viri sit, placuit eam filiae *jura* nancisci (1). »

---

(1) *Ex quavis ergo caussa mulier in manum viri cecidisset, loco filiae erat ei, qua de re nulla actio oriri poterat favore uxoris in virum, qui manu eam haberet, ex unitate personae. Nota igitur discrimen coemptionis factae cum viro, et coemptionis factae cum extraneo.*

Quaeritur vero an femina in manum viri obvenia soluta esset a patria potestate, et si soluta foret, an in patris potestatem rediret, soluto matrimonio; insuper an in nuptiis obiens, sed tamen a viro remancipata, ejus testamentum, obganniente patre, valeret. Solutam esse patris potestate non ambigendum probarunt Heinec. Antiq. Rom. *et alii, praecipue ex capitis deminutione, et ego dicerem etiam ex eo quod nemo duobus poterat esse filii loco, cum nondum Julianus sua Constitutione in* L. fin. Cod. de adopt. *sarta statuisset jura patris naturalis in filium adoptioni traditum. Revivisci autem ex viduitate, vel ex divortio patria non videbatur potestas, quae in feminis una alienatione perpetuo extinguebatur. Nec obstat patri dotem reverti,*

dero cosa mancipe, e quindi la donna era all'opportunità costretta o alla tutela dell' agnato, od a vendersi. Ma Adriano liberò le donne da tali angustie coll' impartire un tutore dativo. La femmina in mann del marito non poteva testare essendogli come figlia, a meno che non ne fosse remancipata, come nol poteva se fosse nella podestà di suo padre. Ma le altre donne senza vendersi, e senza procacciarsi l'asseuso degli agnati, potevano con un tutore dativo disporre del loro in vita e in morte. Ma io non credo, che alla femmina fosse imposto di testare per atto pubblico, e vietato il testamento secreto, persuadendomi in contrario Scevola, ed Affricano, *L.* 37. §. 6. *ff. de legat.* 3. *et L.* 33. *ff. de vulg. subst.* e parendomi non ostare la *L.* 77. *ff. de legat.* 2.

---

§. 115 ter. « *Abbenchè la moglie si venda fiducialmente al proprio marito, non cessa per questo di venire sotto di lui come figlia; e difatto la moglie è sempre come una figlia presso il marito, sia qualsivoglia la cagione, ond' essa venga in mano di lui* (1). »

---

(1) Qualunque fosse la maniera per cui la moglie venisse in mano di suo marito, niuna azione poteva nascere in favore di lei contro il marito, essendo amendue una sola persona. Nota dunque il divario fra coempzione fatta col marito, e coempzione fatta con terza persona.

Cercasi però se la donna venuta in mano del marito rimanesse liberata dalla patria podestà, ed essendolo, se vi ricadesse allo scioglimento delle nozze, e finalmente se morta durante il matrimonio, però dal marito remancipata, poteva valerne il testamento, malgrado il padre. Heineccio nelle antichità Romane ed altri provarono, che non poteva dubitarsi della liberazione, segnatamente per l' avvenuta mutazione dello stato, o diminuzione del capo: ed io direi anche per questo, che niuno poteva essere considerato come figliuolo di due, non avendo l' Imp. Giuliano per anco introdotto con la sua Costituzione, cui abbiamo nella *L. fin. Cod. de adopt.*, che fossero illesi i diritti del padre naturale sul

Digitized by Google

defuncta filia, ex Const. Alexandri (L. 4. Cod. solut. matr.). *Notandum est enim Imperatorem loquutum fuisse de* filiafamilias *mortua, scilicet de ea quae nondum obvenit in manum viri: sicuti non obstat* L. 20. ff. ad L. Jul. de adult. *quia aeque loquitur de filia in potestate, vel immo, prout arguo ex L. sequenti, de filia quae patris adlegit domum, ut satisfaceret libidini. E contra actio rei uxoriae, dissolutis nuptiis, non pertinet soli patri, sed ei et filiae est communis, immo proficiscitur magis favore filiae quam patris, ex eo quod dos e bonis patris jam abscessisse dicitur, et in bonis filiae transivisse; dotis autem reversio ob mortem filiae potius data est patri humanitatis, quam juris ratione, ne scilicet pater et filiae amissae, et pecuniae damnum sentiat, ut Plinius ait in Panegyrico Trajani. Testamento igitur filiae, jam nuptiis solutae a patria potestate, nec non a viri manu liberatae, nihil oberat, si femina non absque tutoris auctoritate id condiderat.*

Superest aliquid dicere de divortio. Enarrat Plutarchus Romulum cavisse, ne mulieri fas esset discedere a viro, in cujus manu, mancipioque foret. Nec patet ex LL. XII tab. viro licuisse uxorem dimittere, nisi in ejus, aut filiorum veneficio, aut in adulterio deprehensam, aut si claves subjecisset. Immo fertur Romulum jussisse virum repudiantem sine caussa opes dare partim uxori, reliqua Cereri, eumdemque sacra diis inferis obire. Referunt autem A. Gell. IV. 3. *primum a. U. C.* 519, *et Valer. Max. nec non Plutarchus a.* 520, *Spurium Cervillium, qui et Ruga dicebatur, uxorem dimisisse ex Censorum repraehensione, seu impulsu, uti inhabilem proli suscipiendae, et ex illo Servium Sulpicium scripsisse de dotibus, et invenisse rei uxoriae actionem. Sed corruptis moribus divortia frequentissima fuere, cum magis haec quam nuptiae numerarentur. Divortiari autem dicebatur cum vir nuncium mitteret uxori, libello huic oblato, his verbis concepto* « Res tuas tibi habeto » « Res tuas tibi agito. » *Formula vero* « Condicione tua non utor » *erat aptior sponsalibus, quam nuptiis dissolvendis.*

De dote aliisque rebus uxori repudiatae restituendis, alibi erit disserendum.

figliuolo dato in adozione. Parmi però che la donna per vedovanza, o per divorzio non avesse a tornare in podestà del padre, poichè una sola alienazione bastava a liberare per sempre una femmina. Nè osta la Costituzione dell' Imp. Alessandro nella *L. 4. Cod. solut. matr.* por cui la dote, morta la figlia, torna al padre, dovendosi considerare che la medesima parla di una figlia di famiglia, e così di quella che non passò in mano del marito; como non osta la *L. 20. ff. ad L. Jul. de adult.* poichè parla questa pure di figliuola in podestà del padre, od anzi, come argomento dalla legge seguente, di quella figlia che andò in casa il padre a sfogare sua libidine. All' incontro poi l' azione *rei uxoriae* non ispetta al solo padre, ma è comune alla figlia, e risguarda meglio la figlia che il padre, dicendosi che la dote già uscì dalla ragione del padre, e diventò sostanza propria della figlia, e la reversione al padre, come notò Plinio nel Panegirico, fu introdotta, affinchè non avesse egli a piangere e la figlia, e la pecunia a un tempo. Parmi quindi, che nulla potesse dirsi contro il testamento della donna sciolta dal padre, e dal marito, salvo che non mancasse l' autorità del tutore.

Resta a dirsi alcun che del divorzio. Narra Plutarco che Romolo non permettesse alla donna di lasciare il marito, cui fosse venuta in mano, o mancipata. Nè pare che le XII tav. consentissero al marito di rimandare la moglie, fuorchè per tentato venefizio, o per adulterio, o per contraffazione delle chiavi; e dicono Romolo aggiungesse, che il marito, ripudiante senza giusta causa, avesse a dare una metà del suo patrimonio alla donna, e l' altra metà a Cerere, ed a mandarsi all' inferno. Secondo *A. Gell. IV. 3.* nell' anno 519 (e nel 520 secondo Valer. Mass. e Plutarco) Spurio Cervillio, detto il Ruga, fece il primo divorzio, sobillato però dai Censori a disfarsi di donna sterile, onde Servio Sulpicio prese motivo a scrivere un libro della dote, e trovò l' azione della ricupera per le mogli. Ma corrotti i tempi, il divorziare si fece sì frequente, che si contavano i divorzi anzichè i matrimoni. Per divorziare però diffidavasi la moglie, mandandole un libello con queste parole « *Prenditi la roba tua* » ovvero « *Vattene pei fatti tuoi.* » Usavasi anco quest' altra formola « *Non voglio aver teco che fare* » ma questa era meglio acconcia a sciorre sponsali, che matrimoni.

Della restituzione della dote, e delle altre cose spettanti alla moglie ripudiata, verrà in acconcio parlare altrove.

TITULUS XX.

De his qui in alterius mancipio sunt (1).

§. 116. » Superest, ut exponamus, quae personae in mancipio sint (2). »

---

(1) *Etiam hanc posui rubricam.*

(2) *Festus in verbo deminutus ait* « et qui liber alteri mancipio datus est, capite deminutus appellatur. » *Sui autem mancipii esse est sui juris esse.* Brut. ad Cic. 1. *et* Cic. ad Brut. 16.

---

§. 117. » Omnes igitur liberorum personae, *sive* masculini *sive* feminini *sexus, quae* in potestate parentis sunt, mancipari ab hoc (1) eodem modo possunt, quo etiam servi mancipari possunt. »

---

(1) *Id est a patre alienari ex mancipio.*

---

§. 118. « Idem juris est in earum personis, quae in manu sunt: nam feminae a coemptionatoribus eodem modo possunt *mancipari, quo liberi a parente mancipantur. Adeo* quidem, *ut quamvis ea sola* aput coemptionatorem filiae loco sit, *quae ei* nupta sit (1), nihilo minus etiam quae ei nupta non sit, nec ob id filiae loco sit, ab eo mancipari possit (2). »

TITOLO XX.

Di quelli che sono nel mancipio altrui (1).

§. 116. « *Resta a parlarsi delle persone che trovansi sotto mancipio* (2). »

---

(1) Anche qui posi la rubrica.

(2) Festo alla parola « *deminutus* » dice così « *quei che era libero, e fu dato altrui in mancipio, è diminuito nel capo.* » Quei che è libero dicesi nel proprio mancipio. *Brut. a Cic.* 1. e *Cic. a Brut.* 16.

---

§. 117. « *Tutte le persone libere, maschi e femmine, che sono in podestà del padre loro, ponno da questo manciparsi* (1) *nel modo stesso che i servi ponno essere mancipati.* »

---

(1) Cioè ponno essere dal padre venduti per via di mancipio.

---

§. 118. « *E lo stesso di quelle persone che sono in nostra mano. Onde le donne dal loro compratore ponno manciparsi nel modo stesso che i figli ponno manciparsi dal padre. Che anzi, sebbene abbiasi in luogo di figlia quella sola donna che per nozze divenne moglie* (1), *non di meno il compratore può mancipare anche colei, colla quale non fece nozze, e non gli entrò in luogo di figlia* (2). »

---

(1) *Sustuli adverbium* tamen *hic additum* Lach. edit. *ex ejus inutilitate.*

(2) *Mancipare immo, seu alteri tradere, tenetur feminam is, qui ex fiducia fuit ejus coemptor.*

---

§. 118 *bis.* « Plerumque solum et a parentibus et a coemptionatoribus mancipantur, cum velint parentes coemptionatoresque *e* suo jure eas personas dimittere (1), sicut inferius evidentius apparebit. »

---

(1) *Scilicet ut exeant ab eorum jure, proindeque a coemptionatore omnino liberentur.*

---

§. 119. « Est autem mancipatio, ut supra quoque diximus, imaginaria quaedam venditio: quod et ipsum jus proprium civium Romanorum est (1): eaque res ita agitur: adhibitis non minus qu*am* quinque testibus, civibus Romanis puberibus, et praeterea alio ejusdem condicionis, qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens: is qu*i* mancipio accipit, *aes* tenens ita dicit « hunc ego hominem ex jure quiritium meum esse aio, isque mihi emptus est hoc aere, aeneaque libra » deinde aere percutit libram, idque aes dat ei, a quo mancipio accipit (2), quasi pretii loco. »

---

(1) *Prodita tamen fuit hujus ritus adhibendi facultas Latinis coloniariis, Latinisque Junianis, eisque peregrinis, quibus commercium indultum.* Ulp. XIX. 4.

(2) *Emere autem, et accipere olim unum erant, prout patet ex Plauto* Curc. IV. 2. 9.

---

(1) Qui tolsi un avverbio, che erasi aggiunto nelle edizioni del Lach. parendomi inutile.

(2) Anzi è a notarsi, che chi comperi per fiducia una donna, è obbligato a remanciparla, e renderla libera.

---

§. 118 bis. « *Ma per lo più mancipano i parenti, o i compratori quando vogliano dimettere le persone soggette* (1), *come si vedrà inferiormente.* »

---

(1) Affinchè uscite già dal loro diritto, sieno poi liberate dal compratore.

---

§. 119. « *È dunque la mancipazione, come dicemmo di sopra, una vendita immaginaria: e anche questa è di esclusivo diritto dei cittadini Romani* (1), *e si fa innanzi a cinque testimoni almeno, puberi, e cittadini Romani, coll'intervento di un altro, che abbia gli stessi requisiti, e tenga una bilancia di rame, il quale dicesi pesatore: e colui, che per via del mancipio acquista, parla in questa forma* « Quest' uomo è mio per diritto dei Quiriti, avendolo io comprato con questo rame, e con questa bilancia » *e col rame percuote la bilancia, e rilascia il rame a quello da cui riceve il mancipio* (2), *come fosse il prezzo.* »

---

(1) Fu esteso per altro l' uso di questo rito anche ai Latini Coloni, e Giuniani, ed a quei Provinciali, a'quali fu consentito il diritto del commercio. *Ulp. XIX.* 4.

(2) Comprare, o ricevere erano per gli antichi lo stesso, come vedesi in Plauto *Curc. IV.* 2. 9.

---

§. 120. « Eo modo et serviles et liberae personae mancipantur: animalia quoque, quae mancipi sunt, quo in numero habentur boves, equi, muli, asini (1); item praedia tam urbana, quam rustica, quae et ipsa mancipi sint, qualia sunt Italica (2), eodem modo solent mancipari (3). »

---

(1) *Non vero Helephantes, Cameli, ferae et aliae esoticae, quae priscis temporibus Romae ignorabantur, nec facile a testibus dignosci poterant. Confer* Ulp. XIX. 1.

(2) *Olim ad sola praedia in agro romano posita, quiritarium jus porrigebatur, et haec tantum mancipio venumdabantur. Postea vero cum latinitas, et jus commercii totae Italiae porrectum fuerat, omnia praedia Italica inter res mancipi recensita fuere, non tamen praedia in provinciis sita, quibus privatum dominium non protendebatur. Vide infra* II. §. 7.

(3) *Distinguendum erat tamen mancipium fiduciarium ab perpetuo. Illud enim ex fiducia retrahi debuerat, vel manumissione finem habebat; hoc vero perpetuam habebat caussam, et venditor dominii emptoris auctor fiebat.*

---

§. 121. « In eo solo praediorum mancipatio a ceterorum mancipatione differt, quod personae serviles, et liberae, item animalia, quae mancipi sunt, nisi in praesentia sint, mancipari non possunt: adeo quidem, ut eum, qui mancipio accipit, adprehendere id ipsum, quod ei mancipio datur, necesse sit: unde etiam mancipatio dicitur, quia manu res capitur. Praedia vero absentia solent mancipari. »

---

§. 122. « Ideo autem aes et libra adhibetur, quia olim aereis tantum nummis utebantur; et erant asses, dupondii,

§. 120. « *E nella stessa maniera si mancipano i servi, e le persone libere; ed anco le bestie se sieno mancipi, come bovi, cavalli, muli, e asini* (1): *e soglionsi mancipare anche i predi urbani, e rustici* (2), *se sieno mancipi, quali sono i fondi Italici* (3). »

---

(1) Non però Elefanti, Cameli, od altre bestie esotiche, ignote agli antichi Romani, e che i testimoni non potevano conoscere agevolmente. Vedere *Ulp. XIX.* 1.

(2) Anticamente i soli fondi posti nell' agro Romano si vendevano col mancipio, poichè sol quelli si tenevano in dominio quiritario. Appresso però essendosi estesa la Latinità, e il diritto del commercio a tutta Italia, tutti i fondi Italici si ebbero per cose mancipi, non però i fondi Provinciali, ai quali non estendevasi il dominio privato. Veggasi *il Com. II.* §. 7.

(3) Vuolsi però distinguere il mancipio fiduciario dal perpetuo. Imperocchè quello era vincolato a una rivendita, e colla manomissione dovea disciogliersi: ma questo aveva causa perpetua, e il venditore erane garante.

---

§. 121. « *In questo però differiscono il mancipio dei fondi dal mancipio delle altre cose, poichè le persone libere, i servi, e gli animali mancipi non possono manciparsi se non si trovino in presenza dei contraenti, essendo necessario che chi riceve in mancipio pigli materialmente: e di fatto dicesi mancipazione perchè colla mano si prende; ma anco da lungi si mancipano gl' immobili.* »

---

§. 122. « *E in tanto s' adopera la bilancia, e il rame in quanto che anticamente usavasi pecunia di solo rame, di che*

semisses, et quadrantes, nec ullus aureus vel argenteus nummus in usu erat, sicut ex lege XII tabularum intelligere possumus; eorumque nummorum vis et potestas non in numero erat, sed in pondere nummorum; veluti asses librales erant, et dipondii tum erant bilibres; unde etiam dUpondius dictus est quasi duo pondo, quod nomen adhuc in usu retinetur. Semisses quoque et quadrantes, pro rata scilicet portione librae aeris, habebant certum pondus (1). Item qui dabant olim pecuniam non adnumerabant eam, sed appendebant; unde servi quibus permittitur administratio pecuniae, dispensatores appellati sunt, et PENSIONES, NEC NON POENAS PENDERE ADHUC IN ORE SUNT (2). »

---

(1) *Optime refectum ultimis editionibus inveni hunc §., exceptis ultimis verbis, quae addenda erant, et addidi ex Paul. V. ad* Fest. Verb. pendere poenam. *Textus autem fere nulla indiget explicatione. Sed ex eruditorum quamplurimis disceptationibus aliquantulum colligere ad rem nummariam pertinens, et hic referre gratum fore arbitror tironibus.*

Ulpianus in L. 1. ff. de contr. empt. *nos docet antiquitus res permutari, cum nondum confecti essent nummi, et enarrat rixam inter Sabinianos et Proculianos, an venditio sine nummis consisteret, veluti si toga pro tunica data esset. Sed alibi disserendum erit, an ex aestimatione dati, vel recepti venditio perficiatur, tametsi non adhibeantur nummi. Postea ex pecude, nempe ex bobus, ovibus, immo et pellibus, pretia rerum, et muletae solvebantur, unde pecunia, et peculatus a* pecude, *sicuti stipendia a* stipe: *nam Quaestores ex eo, quod aerario erat stipatum, aes grave* appensum *militibus diribuebant.* Plin. XXXIII. 13.

Sed Romani paulo post solvere ceperunt aere, pro quantitate conventa, et comprobata ex libraminibus per libripendem renunciatis, et comprobatis ex hasta librae complanata. Aeris librae idcirco, seu libramenta numerabantur ad conventam quantitatem, et quaevis unitas hoc modo pensitata dicta est libra, pondus, vel as, vel aes, extrita scilicet una ex diphthongo vocali,

Digitized by Google

si facevano assi, anco doppi, o di una metà, e di un quarto, nè usavasi alcuna moneta d' oro, o d' argento, come si può argomentare dalle XII tavole, e il valore di quella pecunia riscontravasi nel peso, e non nel numero dei pezzi, laonde l' asse era di una libbra, e il dipondio era di due libbre, e dicevasi dupondio, per significare due pesi, e quell' appellativo si conserva anco in oggi. Il semisse poi, ed il quadrante, sendo parti aliquote di una libbra, avevano un peso certo anch' essi (1). *E quelli che pagavano di pecunia non davano a numero, ma a peso; onde quei servi che sono incaricati di amministrare il denaro si chiamano dispensieri, e si mantengono in voce comune le parole pensioni, e dicesi tuttora spendere la multa* (2). »

---

(1) Trovai in massima parte ben racconciato questo §., salvo nelle ultime parole che aggiunsi seguendo Paolo Venefrida nelle sue animadversioni su Festo, alla frase *pendere poenam*. Il senso non avrebbe d'uopo di spiegazione: ma parmi sarà gradito ai principianti trovar qui raccolto alcun che delle profonde indagini fatte dagli eruditi sull' argomento dell' antica moneta.

Ulpiano nella *L.* 1. *ff. de contr. empt.* ci narra, che anticamente il commercio facevasi per via di permute, non essendovi danaro, e quindi nota la contesa insorta fra Sabiniani, e Proculiani, se potesse esservi vendita senza danaro, come se si dasse una tunica per una toga. Ma avremo altrove a dire, se possa farsi vendita perfetta mediante stima del dato, e del ricevuto, senza che corra danaro. In appresso coll' armento bovino, e pecorino, o colle stesse pelli si pagavano i prezzi, e le multe, onde da pecude si venne a dire *pecunia*, e *peculato*, come da stipe si disse *stipendio*; poichè i Questori toglievano il rame dall' erario ov' era stipato, e a peso lo distribuivano a' soldati. *Plin. XXXIII.* 13.

Ma non andò guari che i Romani presero a pagare con rame, nella quantità convenuta, e verificata dal pubblico pesatore, livellando a dovere l' asta della stadera; e facendosi tante pesature eguali quante occorressero alla quantità convenuta, ognuna dicevasi *libra*, cioè ben librata, o a peso giusto, ed anche si disse *asse*, poichè nel latino, fatto con una

prout plerique credunt. Dupondium insuper, vel dipondius, et centumpondia proferebantur pro assibus duobus, vel centum, sicuti e converso tressis, octussis, seu octas, decussis, vicessis aut bicessis, centussis etc. pro tribus, octo, decem, viginti, centum libris.

Dividebatur as, vel libra, aut pondus, XII aequis partibus, quarum singulae ab una *dictae sunt* unciae. *Cumque hujusmodi divisio commodissima foret, ideo quaevis res, quoe pluribus aequibusque portionibus dividenda esset, quasi as, scilicet ex duodecim partibus constans, habito est. Itaque pes quo altitudo, vel latitudo mensurabotur, in XII uncias, prout pondus, divisus est; item pro liquidis quadrantol sumtum, pedem quaquaversum quadratum habens, et in sextarios quadraginta octo divisum. Itemque hereditas, quae as dicta fuit, in duodecim aequis partibus, seu unciis dividi placuit.* Varr.

Unciae vero DUAE dictae fuere sextans, *scilicet sexta assis pars; TRES* quadrans, *scilicet pars quarta; QUATUOR* triens, *seu pars tertia; unciae QUINQUE* quincunx, *et SEX* semis, *nempe assis medietas; SEPTEM vero* septunx, *OCTO autem* bes, *vel* des, *ut intelligeretur demptus triens, sicuti NOVEM* dodrans, *ex dempto quadrante, DECEM* decunx, *et tandem UNDECIM dicebantur* deunx, *vel una tantum uncia deficiente.* Varr.

Servium Tullum assem primum signasse ovis, aut vervae capitis nota ait Plin. cit. lib. XXXIII. 13. *As vero ab eo fusus fuit libralis, et hujusmodi ponderis duravit usque in tempora primi belli punici, coepti a. U. C.* 490, *et tunc temporis factus est sextantarius, ex aerarii inopia, ita ut aes alienum, non solum privatum, sed et publicum, quinque ex sex partibus lucratis, dissolveretur. Hannibale autem urgente, et Q. Fabio Maximo ad Dictaturom vocato, anno U. C.* 537, *as qui sextarius erat, scilicet duarum unciarum, fit uncialis, nempe unius unciae.* Ita Plin. loc. cit. *cui assentiunt* Vitruv. Maecian. *et* Pompejus Festus. *Sed ex L. Papiria, quam memorat* Cic. pro Archia 4, *quaeque rogata fuit a C. Papirio Carbone Trib. Pl. a.* 665, *nempe Pompejo Strabone, et Portio Catone Coss. (Marsico fervente bello) as fit semiuncialis, prout egregie demonstravit Caelestinus Cavedonius V. Cl. et post acre discrimen probovit B. Borghesius viventium eruditorum princeps. Nec ultima est haec assis deminutio: factus est enim sicilicii ponderis, secundi Triumviratus temporibus,* (Caved. num. bibl. p. 123 in not.) *et ita, semiuncia sectata, as usque ad quadragesimam octavam partem antiquioris ponderis deminutus, perduravit usque in tempora Aureliani, et Diocletiani.*

E un dittongo, si veniva a dir rame, come molti credono. Si diceva quindi *dupondio*, o *cenpondio* per dire due, o cento assi, e viceversa dicevasi tre, otto, dieci, venti, cent' assi, per dire tre, otto, dieci, venti, cento libre.

L' asse, o libra dividevasi in dodici parti eguali, dicendosi uncia ognuna. Ed essendo il numero dodici assai comodo per dividere, si considerarono per assi composti di dodici parti tutte le cose che si avessero a suddividere. Il piede in fatti, con cui misuravansi altezza, e larghezza, si divise come il peso per 12 once; e il quadrantale per misurare i liquidi, si fece di un cubo che avesse un piede in alto, e in largo da ogni lato, dividendolo in 48 sestari. E la stessa eredità si figurò di dodici once, come notò *Varrone*.

Due once si dissero *sestante*, o sesta parte; tre, *quadrante*, o quarta parte; quattro, *triente*, o terza parte; cinque si dissero *quincuncio*; sei *semisse*, o metà dell' asse; sette furon dette *settuncio*; otto si disser *besse*, o *desse*, che accennava sottrazione di un triente; nove si disser *dodrante*, accennando sottratto il quarto; dieci dissersi *decuncio*, o dieci once; undici *deuncio*, essendo tolta un' oncia. Così *Varrone*.

Servio Tullo, secondo *Plin. nel cit. lib.* 33. *cap.* 13, per primo volle segnalo il rame coll' impronta di pecora, o del capo di un castrone. L'asse ch'ei feco fondere, fu di una libbra, e conservò questo peso fino alla prima guerra punica, cominciata nell'anno di Roma 490, e allora l'asse si fece di sole due once, o sestantario, per sopperire all' erario, ma con ordine che dei nuovi assi benchè stremati, si potessero pagare debiti pubblici e privati, dando cinque sesti di meno. Poscia angustiata Roma da Annibale, e fatto Dittatore Q. Fabio Massimo nell' a. 537, l' asse dalle due fu ridotto ad un' oncia sola, e fecesi *unciario*. Così *Plinio* nel luogo citato, assenzienti con lui *Vitruvio*, *Meciano*, *Pompeo Festo*. Però fu ridotto a mezz' oncia con la L. Papiria, della quale parla *Cic. pro Archia* 4, e che fu proposta da C. Papirio Carbone Tribuno della plebe nell' anno 665, e cioè sotto il Consolato di Pompeo Strabone, o di Porzio Catone, nel frangente della guerra sociale, come dimostrò il ch. Celestino Cavedoni, e dopo severo esame approvò B. Borghesi, principe dei viventi eruditi. E neppur questa fu l' ultima stronzatura dell' asse, poichè fu ridotto a un quarto d' oncia, e l' asse così ridotto alla quarantesima ottava parte del primo suo peso, si mantenne fino ad Aureliano, e Diocleziano; *Caved. num. bibl. pag.* 123 *nella nota*.

Digitized by Google

Argentum cusum, signatumve primum fuisse a. Urbis 485, quinque annis ante primum bellum punicum dilucide scripsit Plinius l. c. *cujus tamen verba* « Q. Fabio Cos » *a scriptore corrupta, legenda sic videntur* « Q. Ogulnio, et C. Fabio Coss. » *(quod miror non animadversum per optimum Eckhel* Doct. num. vet. III. 1.). *Enimvero et in hanc incidit aetatem* Liv. Epit. *Ex argento autem facti sunt denarius pro X assibus, quinarius pro dimidio denarii, scilicet pro quinque assibus, sestertius pro dimidio quinarii, scilicet pro assibus duobus cum dimidio. Sed cum denarius argenteus percussus fuisset eo tempore quo as erat libralis, scilicet quinque annis antea quam factus esset sextarius, in comperto est quod idem Plinius testatur, nempe primum placuisse denarium pro decem libris aeris, quinarium pro quinque, sestertium pro dupondio ac semisse permutari. Cumque paulo post as imminutus fuerit, denarium sexdecim assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis placuit, et hoc asservatum est etiam post ultimam assis deminutionem, denarii tamen nomine numquam mutato, tametsi cessasset primevae appellationis caussa.*

Pro libra argentea octoginta et quatuor denarii dabantur ab officina monetaria, retentis duodecim pro manupretio, sicuti apud Graecos octoginta et quatuor drachmae. Denarii vero pondus fere illi moderni FRANCHI respondere autumat Dureau de la Malle. Talentum vero Atticum denariis vel Drachmis sexies millibus taxavit M. Varro, quorum valor ita describebatur X. VI. M. scilicet denariis sex millia.

Tirones autem moneo duo Romanos habuisse monetae computa, quorum alterum sestertiis minoribus, olim dupondio et semisse, postea quatuor assibus constans, alterum sestertium majus, quod mille minores continebat. Casibus vero obliquis, et praesertim genitivo plurali sestertiorum, vel per contractionem sestertium, eadem vox modo ad illos, modo ad haec referebatur. Proinde si scriptum v. g. inveneris HS XVI N, scilicet sestertios XVI nummos, vel sestertium XVI nummum, tam sestertiorum minorum intelligere poteris uti ea summa efficiat denarios IV, quam majorum, uti summa eadem efficiat sexdecim millia nummorum, qui sestertii erant, seu denarios CCCC. Quantitas vero major centum millibus exprimebatur adverbiis decies, vicies, centies, ducenties, etc. prout optime Morcellius de styl. Inscr. t. 1.

Quo ad aurum ajunt id apud vetustiores fuisse minoris pretii quam ferrum. Sed etiam priscis reipublicae temporibus id magni fieri, et strenue confici patet ex XII tab., cum et uri prohibitum in funere, et ex eo dentes

Plinio scrisse chiaro che l'argento fosse battuto per la prima volta a Roma nell'a. 485, cinque anni innanzi la prima guerra punica, ma le parole *Q. Fabio Console*, che trovansi nelle edizioni di Plinio sono un trascorso del copista, e da correggersi leggendo *Q. Ogulnio, e C. Fabio Consoli*, locchè con grande maraviglia non vedesi avvertito dall'ottimo Eckhel *Doct. num. vet. III.* 1. E di vero quest'epoca coincide anco con l'epitome di Livio. Dell'argento fecesi il denaro, che valeva assi dieci, il quinario, o mezzo denaro, di cinque assi, il sesterzio di mezzo quinario, o di due assi e mezzo. Ma poichè il denaro dell'argento venne battuto a quel tempo che l'asse pesava una libra, cinque anni cioè innanzi che l'asse diventasse sestario, viene a confermarsi quello che scrisse Plinio, che da prima il denaro valeva dieci libre di rame, il quinario cinque, il sesterzio due e mezzo. Poco dopo però, quando l'asse del rame fu stronzato, fu stabilito che il denaro valesse sedici assi, il quinario otto, e il sesterzio quattro, e ciò fu poi sempre osservato, ma si mantennero i nomi di denaro, e di quinario, abbenchè venisse meno la ragione del numero.

La zecca dava ottantaquattro danari per una libra di argento, ritenendone dodici per la mano d'opera, siccome appunto i Greci davano altrettante dramme. Il signor Dureau de la Malle pensa che il danaro, anche dopo l'ultima stronzatura dell'asse, pesasse a un dipresso come il franco d'oggidì. Varrone determinò che il *talento* valesse dramme o denari sei mila, e questa quantità scrivevasi così X. VI. M. che significavano a punto sei mila denari.

Avverto altresì i principianti, che i Romani contavano il danaro in due maniere, e cioè o a sesterzi minori, ognuno pria di due assi e mezzo, poscia di quattro assi: ovvero a sesterzi maggiori, che esprimevano col genere neutro, ciascuno di mille sesterzi minori. Nei casi obbliqui però serviva la stessa voce, cui anco sincopavano nel genitivo plurale. E però se si trovi scritto per es. HS XVI N. e cioè sesterzi sedici di moneta, potrà ciò significare tanto sedici sesterzi minori, ossiano quattro denari, quanto sedici mila monete di sesterzi, ognuno di denari quattrocento. La quantità maggiore di cento mila si esprimeva con avverbi esprimenti le decine, le ventine, il centinaio, le due centinaia ecc. e si potrà vedere il *Morcelli de styl. Inscr. t.* 1.

In quanto all'oro dicono che gli antichi lo avessero in minor conto del ferro. Però ai primi tempi della Repubblica vedesi che era in gran pregio, e si lavorava egregiamente, avendo le XII tavole vietato lo sper-

adscititios in ore connectari sciamus. Profecto aurum eruere et depurare longe facilius quam argentum, ideoque ejus usum praecessisse videtur; nec XII tab. argenti dispersioni adversantur. Certum est aureum nummum vix LXII a. post argenteum cusum fuisse, teste Plinio loc. cit. ita ut scrupulum valeret sestertiis vicenis. *Libra vero constabat scrupulis* 288. Post haec placuit denarios aureos quadraginta signari ex auri libris, paulatimque Principes imminuere pondus: minutissime Nero ad quadraginta quinque. *Si plura de hoc desideras, confer* Dureau de la Malle Économ. polit. Vol. 1. p. 86 et seq. *Primum igitur valor auri ad scrupulum referebatur; sed ex quo tempore ad libram referri coepit, aureus quisque valuit denarios argenteos viginti et quinque. Ast qua ratione imminutum fuit pondus aurei, imminutum etiam fuit pondus denarii argentei. Zonaras, qui fere ultima Imperii orientalis tempora narravit, definite ait* « apud Romanos viginti quinque drachmae aureum nummum efficiunt » *idque alii testantur. Citra tamen aerarii fraudes, comparativus valor alterutriusque metalli semper et ubique mutatus est, et mutabitur, aucta, vel decrescente alterutriusque quantitate. Et Tacitus ipse* Hist. V. 39. *enarrat aurum, ex copia rapti a milite, dum Jerusalem Titus expugnavit, in Syria cecidisse ex dimidio.*

(2) Pendere *derivari placuit a pennis, quibus aere librantur aves. Enimvero a statera, ex aequatis ponderibus immota, pendebant merx, et lapis, a Quaestoribus signatus pro justo pondere.* Aur. Vict. orig. R. 22. *Proinde* penso, pendo, pensito, pensiculo *etc. Idcirco verba illa penso, vel pendo, et pondero idem proprie sunt. Metonymice tamen usurpantur pro* solvere, numerare, satisfacere, *eo quod ante signatam pecuniam Romani aes appendebant stateris, ut pondera numerabant.* Enn. apud Varr., Cic. C. Rull. 89, *et alibi*; Ovid. Heroid. 153. Seneca in Oedip. 936. Dispensator *ideo dicebatur servus, qui res domesticas curandas habebat*, pensio *autem quae pro re conducta solvebatur*, pensionarius *qui pensionem solvere tenebatur, poenas, vel aes alienum, aut vectigal* pendere, *item* compensatio, pensitatio *etc.*

derne nei funerali, e dicendoci esse che se ne innestavano in bocca le dentature posticce. Certamente è più facile cavar l' oro che l' argento, e tanto più depurare quello che questo, onde pare che l' uso dell' oro avesse a precedere; e le XII tavole avversano la dispersione dell' oro, non dell' argento. È certo che l'aureo, o zecchino fu battuto ben settantadue anni dopo l' argento, come scrisse Plinio nel luogo succitato. Allora valeva l'oro venti sesterzi per ogni scrupolo, e in una libra si contavano scrupoli 288. Ma dopo fu stabilito che per una libra si battessero quaranta denari d'oro. Il peso però dagl'Imperatori si venne stronzando, e Nerone lo ridusse a quarantacinque per ogni libra. Se si voglia saper altro veggasi *Dureau de la Malle Econom. Polit. Vol.* 1. *p.* 86 *e seq.* Dapprima dunque il valore dell' oro ragguagliavasi allo scrupolo: ma dopo che si volle ragguagliarlo a libra, il denaro dell'oro ne valse venticinque di argento. Ma in ragione della diminuzione fatta sul peso dell' aureo, fu diminuito anco il peso del danaro dell' argento. Zonara, che scrisse negli ultimi tempi dell' Impero orientale, precisamente disse « *che l' aureo, o zecchino valeva dramme venticinque.* » Ma prescindendo dalle frodi erariali, certo è che il valore comparativo dell'un metallo di fronte all'altro variò, e varierà sempre al crescere, od allo scemare della quantità di quello, o di questo. E lo stesso Tacito §. 39, del L. 5° delle Istorie ci dice che pel tant' oro rapito da' soldati nell' espugnare Gerusalemme nè calò in Soria il prezzo di una metà.

(2) Si volle derivare il verbo *pendere* dalle penne, sulle quali libransi in aria gli uccelli. In fatti dalla stadera dovean pendere immobili la merce, e il sasso, dai Questori marcato per giusto peso; *Aurel. Vittore orig. R.* 22. Quindi i verbi latini *penso*, *pendo*, *pensito*, *pensiculo* ecc. Propriamente quei verbi *penso*, *pendo*, e *pondero* voglion dire *ponderare*, poichè quanto si vuol ponderare esattamente debbe pendere immobile dalla bilancia. Ma per traslato usavasi *pendere*, ed ora *spendere* per numerare, pagare, o soddisfare, in quanto che prima della moneta coniata, il rame appendevasi alla stadera, e numeravansi le libre. *Ennio presso Varr. Cic. C. Rull.* 89. e altrove, *Ovid. Eroic.* 153. *Seneca nell' Edipo* 936 *Dispensiere*, o *spenditore* quindi dicevasi il servo incaricato della spesa domestica, *pensione* dicevasi la pigione del conduttore, *pensionario* colui che pagava una corrisposta, e *spendere* per pagare debito, multa, o tributo.

Digitized by Google

§. 123. « Si tamen quaerat aliquis quare citra coemptionem feminae etiam mancipentur, ea quidem, quae coemptionem facit capite deminuitur, sed servilem condicionem apud coemptionatorem non patitur; e diverso mancipati, mancipataeve servorum loco constituuntur, adeo quidem, ut ab eo cujus in mancipio sunt, neque hereditatem, neque legata aliter capere possint, quam si simul eodem testamento liberi esse jubeantur, sicuti juris est in persona servorum; sed differentiae ratio manifesta est, cum a parentibus et a coemptionatoribus iisdem verbis mancipio accipiuntur, quibus servi; quod non similiter fit in COEMPTIONE, QUA LIBERI EMANCIPANTUR, VEL FEMINAE UXORES FIUNT, AUT AB ADGNATORUM TUTELA DISSOLVUNTUR (1). »

---

(1) *Hujus §. verba strenue, sed tantum aliqua parte replevit Boeck. et ego omnimodo complere tentavi, rejectis quae suspicatus est Lachman. Sententia vero non est dubia. Profecto in coemptionis fiduciariae ritu omnia peragebantur quae desiderabantur, sicuti opinor, et alibi patefeci, ita ut emptus in servitutem traderetur. Sed Gajus notat discrimen verborum, ex quo diversa intentio, diversusque effectus constituebantur. Ego autem verba utraeque intentioni apta satis explicui supra.*

Digitized by Google

§. 123. « *Se alcuno voglia sapere come le donne senza volersi vendere, discendano al mancipio, per vero la donna di questa maniera muta stato, ma non incorre in condizione servile. Per contro però quelli che vendano la loro libertà, sieno maschi, e femmine, addivengono schiavi: in guisa che quello stesso che li comperò col mancipio, non può nè farli suoi eredi, nè lasciar loro legati, a meno che non lasci anco la libertà, come si osserva per tutti gli schiavi; ma la ragione è manifesta, poichè se dal genitore, o da un compratore confidente si riceve alcuno in mancipio per averlo schiavo, ciò si esprime, mentre si parla diversamente allorchè si vuol liberare un figlio dalla patria podestà, o si vuol prendere una donna in moglie, od anco si vuol liberarla dalla tutela degli agnati* (1). »

---

(1) Il Boecking in parte racconciò benissimo questo §. e io tentai di restituirlo intero, senza tenere le congetture del Lachmanno. Il senso poi non parvemi incerto. Nella compra confidenziale usavasi lo stesso rito che menava a vero servaggio. Ma Gajo nota il divario delle formole verbali, acconce alla diversa intenzione e al disforme effetto. Io però abbastanza dichiarai superiormente quali parole si confacessero all' uno, e all' altro intendimento.

TITULUS XXI.

Quibus modis patria vel dominica solvatur potestas (1).

§. 124. « Videamus nunc quibus *modis ii*, *qui* alieno juri *subjecti* sunt, eo jure liberentur (2). »

---

(1) *Rubricam addidi.*

(2) *Hunc* §. *et seq.* 125, 126, 127 *et* 128. *Tribonianus transtulit* Inst. h. t. in pr. et §. 1.

---

§. 125. « *Ac* prius de his despiciamus, qui in potestate sunt. »

---

§. 126. « Et quidem *servi quemadmodum potestate liberentur*, *ex his intelligere* possumus, quae de servis manumittendis superius exposuimus. »

---

§. 127. « Hi vero qui *in potestate parentis sunt*, *mortuo eo sui juris fiunt. Sed hoc* distinctionem recipit: nam *mortuo patre, sane* omni modo filii, filiaeve sui juris efficiuntur: mortuo vero avo, *non omni modo nepotes neptesque* sui *juris*

TITOLO XXI.

In quali maniere si sciolga la dominicale, o paternale podestà (1).

§. 124. « *Ora vediamo in qual modo uno che soggiaccia all' altrui diritto possa liberarsene* (2). »

---

(1) Qui aggiunsi una rubrica.

(2) Questo §. 124 e così del pari il §. 125 coi successivi 126, 127 e 128 furono portati da Triboniano nelle *Istit. I. tit.* 12. *pr.* e §. 1.

---

§. 125. « *E anzi tutto volgiamoci a quelli che s' attrovino in podestà altrui.* »

---

§. 126. « *Rispetto ai servi, come costoro si liberino dal dominicale potere, si potrà intendere riassumendo quel che dicemmo di sopra.* »

---

§. 127. « *Quelli però che soggiaciono alla podestà del padre, alla morte di questo entrano in loro piena ragione. Ma pure ciò merita distinzione; imperocchè alla morte del padre il figlio, o la figliuola certamente son liberi. Ma alla morte*

fiunt, sed ita si post mortem avi in patris sui potestatem recasuri non *sunt; itaque* si *moriente avo pater eorum et vivat, et in potestate* patris (*sui*) fuerit, tunc post *obitum avi* in potestate pat*ris sui fiunt: si vero is*, quo tempore av*us* moritur, *aut jam mortuus est, aut exiit de potestate patris, tunc ii, quia* in potestatem ejus cadere non possunt, sui juris fiunt (1). »

---

(1) *Etiam hic §. optime integratus fuit ex* Inst. hoc. tit. in pr., *ex* Ulp. X. 2, *et ex* Gajo I. 146. *Obiter tamen nota, quod tam ex morte, quam ex emancipatione, inter emancipatum, et ejus parentem dissolvuntur agnationis jura, et in natos ex emancipato servatur avi potestas, usquequo hic vivat, ita ut non liberentur nisi eo mortuo. Contra si neque ex morte, neque ex emancipatione agnatio patris soluta sit momento quo avus diem supremum obeat, filii recasuri sunt in eorum superstitis genitoris potestatem.*

---

§. 128. « Cum autem is, cui ob aliquod maleficium ex lege poenali aqua et igni interdicitur, civitatem romanam amittat, sequitur, ut, qui eo modo ex numero civium Romanorum tollitur, proinde ac mortuo eo desinant liberi in potestate ejus esse: nec enim ratio patitur, ut peregrinae conditionis homo civem Romanum in potestate habeat. Pari ratione et si ei, qui in potestate parentis sit, aqua et igni interdictum fuerit, desinit in potestate parentis esse, quia aeque ratio non patitur, ut peregrinae conditionis homo in potestate sit civis Romani parentis (1). »

5370601

Digitized by Google

Digitized by Google